Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
3 G
10

Digitized by Google

Digitized by Google


ANTONII ALABARDI
Tyrocinium
CONFESSIONVM,
& Sacramentorum
IN DVAS PARTES DIVISVM.

Quarum vna præcipua Sacramenti Pæni-
tentiæ capita, Confeſſarijs
perquàm neceſſaria.

*Altera reliquorum vim ordinatè, ſtrictim,
ac dilucidè complectitur.*

Mandato
ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D.
D. IOANNIS THEVPOLI
Patriarchæ Venetiarum Dalmatięq;
Primatis contextum, & in
lucem editum.

VPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



ETIIS, M DC XXIX

Apud Iacobum Sarzinam.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISS. D.
D. IOANNI THEVPOLO

Auguſtiſſimo Venetiarum Patriarchæ, Vniuerſæ Dalmatiæ Primati, S. Cypriani de Muriano Abbati, &c.

Antonius Alabardus Venetus. D. C.

QVi hominem homini dixere Deum, non ſibi tantùm, cæteris etiam naſci, apprime norunt; Proinde vel ipſa natura Duce, Sapientum omnium calculo, hominis eſt bonum in alios communicare;

Digitized by Google

tantoq; ſit melius, quanto in plures communicatur. Cogitanti hoc mihi (ILLVSTRISSIME, ac REVERENDISSIME PATRIARCHA) mandato abs te de breui, facili, ac pleno Confeſſionum, & Sacramentorum Tyrocinio contexendo, atque ad communem Clericorum vtilitatẽ diuulgando parendum actutum fuit; ac nequaquam ferendum contextum diu in mei vnius ſinu deliteſcere. Quare Tyrocinium ipſum nõ ſine magno labore, ac ſtudio, electiſſimis auctoribus collectum typis mandare, atque ILLVSTRISSIMAE ac REVERENDISSIMAE DOMINATIONI TVAE

di-

dicare ſtatui, neque enim video, cui opus de Sacroſanctis eccleſiæ Sacramentis magis conueniat, quàm tibi vni, qui piorum conatibus, ac ſtudijs faues, pietatem colis, collabentes ſacras Aedes inſtauras, nouas extruis, pro dignitate, ac ſalute Eccleſiæ animo excubas, in pauperes beneficentiam exerces; malos perhumaniter a malis deterres actibus, bonos ad perſeuerantiam in bonis tui ipſius exemplo allicis; denique nihil omnino agis, nihil cōgitas in quo Chriſtianæ Religionis decus non eluceat. Accedit, quòd humilimi ſerui viſe fueres partes ſigno aliquo obſeruantiam, ac pietatem in te meam teſtari (ſe d enim Pa-

ſtorem habere vbique locorum, ac gentium eminentiſſimum, nemini non optatum, Deo in omnibus, ac per omnia cariſſimum) quem niſi quàm humilimè colas, venerere, omnique officiorum genere proſequare crimen grauiſſimum admittas; in bonis maximum eſt numerandum. Demum ne ſingulas huius meæ dedicationis cauſas enumerem, familiæ ſcilicet celebritatem generis ſplendorem, maiorum præclara geſta, ampliſſimos dignitatis gradus; Non iniucundum tibi fore puto opus vtiliſſimum omnibus tuę Diœceſis Clericis, quibus ipſe opibus, atque opera, & præſidio, & decori eſſe nullo vnquam

tem-

tempore deſtitiſti; quos in humanioribus litteris, in Logicis, in omnibus ſcientijs per Doctores Excellentiſſimos, inſtituendos ſemper curaſti. Quibus aliquot abhinc annis Lectorem Sacrarum Scripturarum Theologum decreuiſti perpetuum, quod plerisque alijs Illuſtriſſimis, ac Reuerendiſſimis Anteceſſoribus tuis ſemel, atque iterum, ac ſæpius ſanè quidem tentare, peractum autem reddere nusquam omnino licuit. Tuum namque putas, veterem illam maculam delere, quæ iamdiu in hominum imprudentum animis inſedit, atque inueterauit, ex Diœceſis tuæ Clericis quàm pau-

 ciſ-

ciſſimos magnæ eruditionis glo-riam aſſequi. Multis igitur no-minibus Opuſculum hoc tibi di-catum, Clariſſimè diſcuſſum, nullis difficilium quæſtionum in-uolucris obumbratum, Clericis omnibus perutile, ac neceſſarium, felicisſimis tuis Auſpitijs auctũ, ac locupletatum prodit in publi-cum. Tu tibi omni reuerentia di-catum læto, ac ſereno vultu acci-pias, acceptumq; eximia tua au-ctoritate tueare; ſacras de oſcu-latus veſtes vehementer etiam, atque etiã obſecro. Plura vellẽ, plura dicerem, verùm talem, ac tantum præſulem, Clariſsimum Chriſtianæ Reip. lumen, Venetia-rum Patriarcham magis animo

colere,

colere, quàm verbis laudare de-
cet. Optimè, ac diu fęliciſſimè va-
leat Illuſtriſſima, ac Reuer. D. T.
Venetijs Anno M. DC. XXIX.
Kalendis Iulij.

Digitized by Google

AD EVNDEM
ILLVSTRISSIMVM
ac Reuerendiſſimum
IOĀNEM THEVPOLVM
Δωδεκάσιχον Α᾽δήλου.

TEmpla quòd aßurgunt peritura e marmore tandem,
Iucundam Venetis rem facis, atq; Deo
Templa quòd instituis viuentia dogmate Christi,
Rēs multò Venetis gratior, atque Deo.
Relligio, ac pietas quòd templis extat vtrisque
Summè vrbi acceptam rem facis, atque Deo.
Quòd remeat priſcum, ſacris te Preſide, Saclum,
Gaudia item remeant, annuit ipſe Deus.
Magna hodie ad Venetos, MAGNI quòd facta recurrunt,
Læta vrbs, Magnus ouans, & decus omne Deo.
Sic te longæuum colet vrbs, poſt funera Cœli
Æde parem MAGNO te volet eſſe Deus.

AD

Digitized by Google

Tyrocinium Confeſſionum, ac Sacramentorum proferrem ne in lucem (candide Lector) diu, multùmque hæſi. Obſiſtebant, qui dicerent in hoc ſcribendi genere ſatis multos eſſe verſatos; efflagitabant complures, qui non ſemel perlectum ad communem Clericorum vtilitatem diuulgandum dicerent. Quò factum eſt, vt Sacramentorum Sanctitate, atque excellentia penitius introſpecta, ſtatuerim pro dignitate nullum de ijs poſſe agere, ac

plura ſemper ſuperfore, quò plura dicerentur. Vnde ſuſceptus labor ſuperuacaneus haud fuit viſus, nihilque habui antiquius, quàm vt plurimorum vtilitati conſulerem, quorum honeſtæ petitioni quando inſeruio, obtrectatorum voces omnino deſpiciendas cenſeo. Ne pigeat, (quod ait Poeta Lyricus) Nocturna verſare manu, verſare diurna. In eo eſſentialia Sacramentorum breui, ac facili ſtylo, præcipuoque, ac ſingulari propemodum ordine digeſta comperies, quæ nullo negotio memoria ſeruare, ediſſerere,

re,

re, atque ad actum perducere liceat. De Pęnitentia pro tua prudentia vel ex ipſa operis inſcriptione aduerte, illius exercendæ ponenti tyrocinium de peccatis in particulari haud eſſe tractandum, ſed duntaxat in generali, quatenus, ſcilicet generaliter ſub pœnitentiæ partibus continentur, ad quæ ipſa particularia exsũmiſtis, ac Doctoribus deſumpta facile erit redigere. Nihil porro mirere, materiam eiuſdem pœnitentiæ longè alia ratione, quàm cæterorum Sacramentorum tractari, quandoquidem de illa tantum-

tum-

tummodo, adminiſtranda Clericis iunioribus compendiariam inſtitutionem tradere ſtatueram; cum AVGVSTISSIIMI PATRIARCHAE noſtri mandata abductum ab omni otio calamum ad ſcribendum pauca de reliquis Sacramentis excitarunt; Quæ ſi ſapis, quàm ſtudioſè leges, perleges. Benè Vale.

Digitized by Google

Ad Sacerdotem Venetum Carmen Incerti Auctoris.

SCriptores veteres; Scriptores volue recentes.
Sacrarum rerum; voluito quosque libros,
Aetate inuenietur nulla Antonius alter,
Qui enarret meliùs dogmata ſacra Dei,
Obſcuros ſenſus, obſcúraq; dicta reſoluit,
Quicquid & in verbis durius eſſe poteſt.
Multis iamdudum quæ haud intellecta fuere,
Sub paruo hic vnus Codice aperta docet.
En igitur fieri dignus quicunque Sacerdos,
Tractare & ſancte munia ſancta cupis,
Fac opus hoc habeas perdiſce, & tradita comple,
Oblata & fiet Hoſtia grata Deo.

Digitized by Google

Ad Tyronem Sacerdotem Auctor incertus.

*Q*VÆ ob noſtram Chriſtus myſteria ſacra ſalutem
Inſtituit, multi nos docuere viri.
Pars opus exegit breuiter; pars præſtitit amplè;
Laude peregregia dignus vterq; labor.
At prolixa nimis confundit ſcriptio mentem,
Conciſa effundit ſæpe animo tenebras.
Hæc vada pertentans animosè Antonius inde
Emergit felix, vnda neque vlla nocet.
Deuitat Syrtes, ſcopulos, ventisque benignis
Creditur, & Portus limina tuta ſubit.
Portat & exponit diuinam in littore mercem,
Qua repleas auidum (Candide Tyro) ſinum.
Tu nec inops tenui; nec te vis obruet ingens,
Sat magè pro captu ſemper onuſtus eris.
Huc propera, atq; alacer cape munera, neue peracri
Exultas ſtudio ſperne, miniſter, opes.

AD

Ad operis Auctorem incertus.

ESſe Patrem eloquij; alatum de-ſcendre Cęlo
Ad nos Mercurium iuſſa referre Deum;
Ingenuas artes hominem docuiſſe Mineruam
Queis vitam inſtituat, ac bona quæque legat,
Numine Apollineo prædici cuncta futura,
Quæ ſint ſpernenda, & quæ facienda viris;
Haud vera hæc ſunt, ſed falſis efficta poetis,
Nullaque ijs prorſus eſt adhibenda fides,
Quòd verò ingenio, Antoni, tollaris in Aſtra,
Atque arcana Dei mente, animoque geras,
Quòd nobis eadem tradas, Doctiſſime, ſcriptis,
Vera doces, famur verius eſſe nihil.
Hinc meritò a nobis cedat ſimulata Minerua,
Mercurius cedat, cedat Apollo procul.

Digitized by Google

Auctores ſacri, ſacrique libri, quorum auctoritate, ac placitis hæc ſacramentorum doctrina comprobatur.

Acta Apoſtolorum.
Adrianus Cardinalis.
Alexander P. P.
Anſelmus.
Antoninus
Auguſtinus D. E.
Belarminius Cardinalis:
Biblia ſacra.
Bonauentura D. E.
Caietanus Cardinalis.
Caliſtus P. P.
Canones ſacri.
Catechiſmus Romanus.

Cy-

Cyrillus Alexandrinus.
Clemens P.P.
Concilium Carthaginenſe.
Con. Conſtantienſe.
Con. Lateranenſe.
Con. Maguntinum.
Con. Tridentinum.
Cyprianus.
Dauid Propheta.
Decreta Sacræ Congregatio nis Cardinalium.
Dionyſius.
Euſebius.
Ezechiel Propheta.
Fabianus P.P.
Gelaſius P.P.
Gregorius P.P.
Honorius P.P.
Hugo de S. Victore.

Ioan-

Digitized by Google

Ioannes Baptiſta.
Ioannes Euangeliſta.
Ioannes Chryſoſtomus.
Ioſeph Angles Theologus.
Iſaias Propheta.
Iſidorus.
Iulius P. P.
Laurentius.
Lucas Euangeliſta.
Malachias Propheta.
Marcus Euangeliſta.
Melchiades P. P.
Nauarus I. V. D.
Paulus Apoſtolus.
Paulus IV. PP.
Paulus V. PP.
Paludanus.
Panormitanus.
Petrus Caniſius D. Theo.

Pius

Digitized by Google

Pius PP.
Scotus.
Sotus.
Suarez.
Summa Angelica.
Summa Conciliorum.
Sylueſter.
Thomas Doctor Angelicus.
Toletus Cardinalis.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

Quæ ſequuntur Errata (candide Lector) prius corrigito, cum ſeliciter legito. Primus numerus indicat paginam, ſecundus verſum.

Contra	Pag. 4	verſ. 9	Contritio.
Confitendam	17	13	Confitendum.
fuerint	32	14	fuerit.
abrogatur	38	14	abrogatum
ad	44	20	an
dextere	46	91	dextera
qui	56	12	quæ
re	64	1	rei
pecuniarium	66	6	pecuniarum.
Auguſtinum	78	8	Angelum.
familius	84	6	familias
poſſunt	95	4	poteſt
Nobilitate	100	18	probitate,
Cum	101	23	tum
petendo	126	23	petendi
ami	127	14	amice
liberantur	153	9	liberabantur
χάρις	190	23	χάρις
miſta	190	1	miſſa
Præceptio	212	20	perceptio
Summiæ	238	10	Sanctiſſimę
Sacros	243	24	Sacro
tacita	245	24	tacitas
promouentur	248	15	promouetur
a	253	11	ac
inueneri	270	6	inuenerit,
ſolum	273	19	ſolam
quoſque	302	27	quouſque

Leuiora, quæ fuerint, cuiuſuis prudentiæ tollenda relinquuntur,

Digitized by Google

Digitized by Google

TYROCINIVM CONFESSIONVM

Siue de Pęnitentia.

Pars Prima.

De Nomine, ac definitione Pęnitentiæ. Cap. I.

CVIuſque tractatus initio quid nominis, & quid rei eſſe pręponenda docuit Tullius in lib. de off. vbi ait omnem, quæ de aliqua re ſuſcipitur, inſtitutionem a definitione debere proficiſci eam autem cognitionem quam maximè neceſſariam probatiſſima cum veterum tum recentiorum Scriptorum conſuetudo confirmat. Sicut enim venatores niſi ferarum latibula cognita, perſpectaque habeant fruſtra ſe venando exercent, ac vacui Domum redeunt, ita qui nomen, ac definitionem velut inania negligunt, cellulas quodammodo, ac domicilia rerum

tractandarum oſcitabundi prætereũt præcipuam veritatis exculpendæ rationem, ac methodum poſt habent, nullumque ex ſuſceptis laboribus fructum ferunt. Vt igitur inſtitutum per me opus recto procedat ordine, pauca hoc primo capite de nomine, ac definitione dicenda ſunt.

Pęnitentiæ vox dupliciter ſumitur, vel vt eſt virtus, vel vt eſt Sacramentum. Pęnitentia virtus eſt actus bene dolendi, ſeu habitus iam inde ab Adam Protoplaſto qui de peccato commiſſo doluit, & ſic ſumpta dicitur ſatisfactio, inſtitutio nouæ vitæ, dolor interior ſeu intimus; vnde ex D. Auguſt. pęnitere eſt pęnam ſubire, & nolle feciſſe aliquid factum, hęc verò pęnitentia poteſt contingere etiam ſine dolore, vt in Beatis, quos pœnitet peccatorum abſque dolore.

Pœnitentia Sacramentum, non Sacramentum ante aduentum Chriſti, nec ante mortem, aut reſurectionem ipſius, verum poſt, cum inſuflauit in diſcipulos dicens (quorum remiſeritis peccata remittũtur eis, &c.)

dictum

dictum pœnitentia exterior, quia ratio Sacramenti in eo conſiſtit, vt exterius ſenſibus declarentur quæ interius in anima fiunt; A Nauaro in ſua ſumma cap. 22. num. 2. ſic definitur, eſt Sacramentum abſolutionis, quo ſacerdos ſibi ſubditum confitentem ſua peccata legitimè cum propoſito ſatisfaciendi ab eis abſoluit. A Petro Caniſio definitur hoc modo eſt ſecunda poſt naufragium tabula, neceſſarium relapſis Sacramentum, in quo remiſſio peccatorum a reis petitur, & a Sacerdotibus tribuitur, ſanè quidem ſecunda poſt naufragium tabula, quando duo in naturam humanam aſſignantur naufragia. Primum cum Adam peccauit, atque in idem peccati naufragium per vim ſeminalem traxit omnes homines, a quo naufragio liberat nos prima tabula ideſt Baptiſmus, ſecundum, cum poſt Baptiſmi gratiam per peccatum actuale fit Deo inimica, & contra hoc nobis datur ſecunda tabula ideſt pœnitentia.

Partes Sacramenti Pęnitentiæ ſunt

tres Contritio, Confeſſio, & ſatisfactio, primæ duæ eſſentiales, tertia integrans dicitur, quarum maximè neceſſaria eſt contritio, quia ſola ſufficit ad gratiam obtinendam, de quibus omnibus ſigillatim agetur.

De Contritione, & Attritione. *Cap. II.*

EX cæteris pœnitentiæ partibus prima maximèq; neceſſaria eſt cõtra quæ a Dei oritur dilectione, ſolaq; ad ſalutem obtinendam ſufficit, vt habetur in Conc. Trid. ſeſ. 6. ca. 6. vbi legitur. Peccatores incipiunt diligere Dominum omnis iuſtitiæ fontem, & propterea mouentur aduerſum peccata per odium aliquod ac deteſtationem. Hinc de ea, antequam ad alias veniatur, agendum eſt, cuius quidem definitio ex Nauaro deſumpta huiuſmodi eſt. Contritio eſt pęnitudo volũtaria cum dolore maximo actuali, vel virtuali peccati proprij iã cõmiſſi, quatenus eſt offẽſio Dei ſuper omnia dilecti, cum ſpe veniæ, & propoſitio non

non peccandi amplius ſaltem mortaliter, & confitendi, & ſatisfaciendi ſaltem virtualiter; hæc definitio per ſe ſatis patet, quare eam per partes explicare neceſſe non eſt. Ex illa deducuntur duo eſſentialia contritioni, dolor ſcilicet de peccatis præteritis, & propoſitum non peccandi amplius.

Attritio, de qua immediatè poſt contritionem ſolet haberi ſermo, aliud non eſt, quam dolor imperfectius, & differt a contritione quia hæc delet peccatum cum ſolo Sacramento in voto; attritio verò non, niſi cum eo in re, quatuor modis poteſt contingere Attritio. Primo quando non deteſtamur peccatum propter Deum ſed timore pęnæ, & damni temporalis. Secundo quando non deteſtamur illud ſuper omnia. Tertio cum deeſt firmum propoſitum cauendi. Quarto quando deſideratur vera contritio, tamen non habetur. Prima ſi excludat voluntatem peccandi cum ſpe veniæ, ſufficit, & eſt donum Dei, & impulſus ſpiritus ſancti, quo pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat,

vt habetur in Conc. Trid. ſeſ. 14. cap. 4. Secunda ſi cognoſcatur talis, non ſufficit. Tertia nihil omnino prodeſt, quia excludit propoſitum cauendi maximè neceſſarium. Quarta ſufficit præſertim ſi neſciatur.

De Quæſtionibus, quæ fieri poſſunt circa Confeſſionem & Attritionem. *Cap. III.*

TOta Sacramenti pœnitentiæ vis in eo eſt poſita, vt quæ de illius natura, & ſubſtantia a Doctoribus ſcripta fuere, ad praxim deducantur, proinde non parum conducet præcipuos eiuſdem Pœnitentiæ partibus caſus ſubijcere, quos apud grauiſſimos Auctores paſſim diſperſos legi, vt confeſſarijs longæ inquiſitionis labor abſit, ac paratius tale, ac tantum audiendi confeſſiones ſuſcipiatur onus. Quare tertium hoc caput caſus ad contritionem, atque Attritionem ſpectantes complectetur, qui quidem ordo toto in hoc opere ſeruabitur.

An contritio debeat eſſe voluntaria.

Reſp.

Digitized by Google

Reſp. affirmatiuè quia pœnitudo, qualis eſt damnatorum, non ſufficit, neq; illa, quæ fit ſine vlla deliberatione, & patet ex definitione.

An præfixam requirat temporis moram.

Reſp. non eſſe erroneum affirmare requiri moram, per quam dolor continuetur, quia quò grauiora ſunt peccata, eò maior requiritur dolor, vt omnis pœnæ fiat remiſſio, & per conſequens maior temporis mora erit neceſſaria.

An Contritio ſit actualis peccati nolitio.

Reſp. eſſe nolitionem non abſolutam, ſed conditionalem V.G. nollem, ſi fieri poſſet; peccaſſe, ex qua plerunque dolor emanat.

An dolor debeat eſſe maximus.

Reſp. quod duplex eſt dolor ſenſus, & rationis; dolor ſenſus non eſt neceſſe, vt ſit maior quacunq; re temporali, quandoquidem ſenſus vehementius mouetur ab obiecto proprio; dolor rationis non requiritur, quòd ſit maximus intenſiuè quia dolor non ſecundum virtutem excedit menſuram, verum quoad æſtimationem, ac

firmitatē, debet .n. peccator deteſtari peccatum ſuper omne deteſtabile, ratio quia contritio eſt actus amoris, & amor Dei debet eſſe ſuper omnia.

An dolor poſſit eße nimius, & malus.

Reſp. Quod dolor ſenſus poteſt eſſe nimius, & malus non rationis.

An maior de vno peccato quam de alio debeat eſſe.

Reſp. Quod ad deletionem culpæ non, ſed ſic ad deletionem pœnę, quę tota tolli poteſt per maximam contritionem.

An ſingularis de ſingulis peccatis eſſe debeat Con.

Reſp. negatiuè ſufficit enim vt peccatorum pęnitudo adeo ſit extenſa, vt ſaltem virtualiter pręteudatur ad vniuerſa mortifera, tam quæ meminit; quā quę non, quod ſi neceſſe eſſet vt pęnitens cogitās, confitensue peccata ſua, de vnoquoq; ſingularem pęnitudinem conciperet, contingeret caſus, in quo aliquis adhuc viuens priuaretur potentia conſequendi ſalutem æternam, nam qui mille lethalia commiſiſſet, & ſolam quartam horæ partem victu-

victurus ægrotaret, nequaquam poſſet de mille peccatis mille pęnitudines concipere.

An commiſſo peccato ſtatim quis debeat conteri.

Reſp. negat: cum pęnitentia contineatur ſub pręcepto affirmatiuo, quod non obligat quocunq; tempore, ſed determinato ſcilicet confeſſionis, periculi vitæ, adminiſtrationis Sacramentorum &c.

An diebus feſtiuis teneamur pænitere.

Reſp. negat: quia hoc præceptum non eſt quale illud ceſſationis ab opere ſeruili.

An dolor debeat eſſe propter Deum.

Reſp. affirmatiuè habetur in Conc. Trid. ſeſ.6. cap.6. vnde qui doleret tantum propter damnum temporale, nō eſſet verè contritus.

An in Contr. requiratur actuale propoſitum.

Reſp. affirmatiuè & probatur per Conc. Tri. loco ſuperius citato; Quantum verò ad propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi ſufficit propoſitum virtuale.

An attritio putata ſufficiat.

Reſp. affirmatiuè ſufficit ad ſuſcipienda omnia Sacramenta.

An attritio poſſit fieri contritio.

Reſp. negat: ſecundum Nauarum c. 1. de contritione num. 38. quantumuis enim attritus fiat contritus, non tamen attritio fit contritio, quia res non mutant ſuas ſpecies.

De Confeſſione Sacramentali. *Cap. IV.*

CONfeſſionis apud varios Scriptores varias quoq; definitiones legi', quas omnes in mediũ afferre quando ſuperuacaneũ eſt, illam doctoris Nauari poſuiſſe, ac per ſingulas partes exposuiſſe ſatis erit. Confeſſio Sacramẽtalis eſt peccatoris accuſatio ſecreta de ſuis peccatis, facta coram proprio Sacerdote, vt ab illis. Sacramentaliter abſoluatur. Dicitur accuſatio pro genere reliqua ad differentiam accuſationum, & confeſſionum iudicialiũ, quæ non fiunt gratia ſe accuſandi, ſed propter alios fines. Dicitur ſecreta ad exclu-

excludendum publicam, quæ fit initio miſſæ, & ad oſtendendum non eſſe neceſſarium, vt fiat publicè alijs audientibus, licet ita facta valeret. Dicitur de peccatis ſuis, ad reijciendum illum, qui accuſat aliena, vel virtutes ſuas in medium affert. Coram Sacerdote, ad excludendam confeſſionem alij factam, quæ non eſt Sacramentalis. Proprio ideſt habenti iuriſdictionem in foro conſcientiæ ſupra illum, qui ſe accuſat. Demum dicitur, vt ab illis Sacramentaliter abſoluatur, quoniam quæ fit propter alium finem nõ eſt Sacramentalis.

Cõfeſſio ſacramentalis, & auricularis requirit ſexdecim cõditiones, quæ ijs continentur verſibus.

Sit ſimplex, humilis Cõfeſſio, pura, fidelis,
Atq; frequens, nuda, & diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, & lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſãs, & ſit parere parata.

Simplex ideſt diſtincta, & explicata, ita vt Confeſſarius poſſit diſcernere,

an peccatum ſit veniale, aut mortale. Humilis, cum ſignis animi contriti. Pura ſine miſtione rerum impertinentium. Fidelis, ſine mendacio. Frequens, quæ ſæpe fiat ab eo præſertim, qui ſæpe cadit. Nuda, quæ nulla re peccati grauitatem occultet. Diſcreta, verbis honeſtis, ac debitis circumſtantijs explicata. Libens ideſt voluntaria, ac propter Deum facta. Verecunda, cum pudore ſuorum peccatorum. Integra, vt nullum peccatum mortale taceatur ſecreta, vt fiat ab eodem pœnitente, non per alium regulariter, licet aliquando in aliquem finem bonum poſſit eſſe publica, quòd Chriſtus non vetuit, quin aliquis in vindictam ſuorum ſcelerum, & ſui humilitatem ob eccleſiæ offenſæ ædificationem publicè confiteri poſſet. Lachrymabilis, cum dolore. Accelerata ideſt vt commiſſo peccato ſtatim confeſſio fiat illius, quod quidem eſt de conſilio, & intelligendum de eo, qui ſępe in crimina labitur, & ſtatim eorum obliuiſcitur. Fortis, ne ob timorem, aut pudorem

ali-

aliquid omittat. Accuſans, ſe ipſum, non ſortem, Dæmonem, aliudue. Tandem parere parata ijs, quæ à confeſſore præcepta fuerint, de quo agemus in cap. de ſatisfactione. Harum conditionum illæ quatuor in primis ſunt neceſſariæ ſcilicet integra, ſecreta, lachrymabilis, & parere parata. De prima agetur in capitibus ſequentibus, de ſecunda in cap. de ſigillo; de tertia actum eſt ſuperiore cap. de contri. de poſtrema dicetur in cap. de ſatisfactione.

De caſibus quibus confeſſio poteſt eſſe non integra. Cap. V.

Licet vniuerſaliter loquendo confeſſio debeat eſſe integra, sũt tamẽ aliqui caſus, quibus non integra eſt valida, qui præſertim quinque numerantur primus cum quis poſt debitam diligentiam non recordatur alicuius, vel aliquorum peccatorum, quia talis confeſſio licet non integra, eſt valida, quod ſi poſtea memoriæ occurrant, debet confiteri eidem, vel alteri

alteri Sacerdoti, nec tenetur ſtatim confiteri, ſed poteſt in alium annum reſeruare.

Secundus caſus eſt cũ mors imminet, & tempus confitẽdi omnia deeſt, idem intelligendum eſt de eo, qui omnia peccata proferre non poteſt, vt mutus, qui poteſt ſolum aliqua nutu exprimere, eſt abſoluendus.

Tertius caſus eſt, cum pœnitens habet caſus reſeruatos ſuperiori, circa quod Not. 1. caſus reſeruatos eſſe in duplici differentia, quidam ſunt reſeruati ratione excommunicationis, quidam ratione ipſorum peccatorũ propter eorundem grauitatem. Cum peccatum eſt reſeruatum ratione excommunicationis, pęnitens non poteſt abſolui ab vllo peccato ab inferiore niſi prius liberetur ab excommunicatione per ſuperiorem. Cum eſt reſeruatum ſine vlla excommunicatione, pęnitens poteſt, aut potius debet confiteri omnia peccata etiam reſeruata inferiori, & inferior debet abſoluere a quibus poteſt, & remittere pęnitentem ad ſuperiorem vt abſol-

uatur

Digitized by Google

uatur a reſeruatis, quod quidem non eſt dimidiare confeſſionem, ſed potius abſolutionem. Quòd ſi pęnitens primò adeat ſuperiorem, quamuis melius eſſet, vt ſuperior omnia peccata audiret, tamen ſi non vacat, poteſt audire tantum reſeruata, & ab ijs abſoluere, tum remittere ad inferiorē, qui auditis etiam reſeruatis, ab alijs abſoluat, ea ratione, vt confeſſio fiat vni integraliter; expedit tamen, vt Confeſſor ipſe adeat ſuperiorem, & auctoritatem petat, tum pęnitentem ab omnibus abſoluat.

Not. 2. cum ſuperior abſoluit a ſibi reſeruatis, tunc dari gratiam, qua conſequenter omnia alia remittuntur, ſimiliter quando inferior abſoluit a quibus poteſt, datur gratia, qua reſeruata remittuntur, ſicut in Contritione.

Quartus Caſus, quando peccato aliquo, vel circumſtantia manifeſtata, ſequeretur, vel pęnitentem, vel Confeſſarium, vel tertiam perſonam damnum graue vel in vita, vel in fama, vel in bonis, tunc enim vel alius quærendus

dus Confeſſarius, vel petenda facultas a ſuperiore confitendi alteri, vel confitendum erit occultè non manifeſtando quis ſit, quando verò nihil ex his fieri poteſt, confiteri debet alia peccata tali peccato, vel circumſtantia omiſſa, donec poſſit confiteri alteri. Circa quod.

Not. quando ſequitur ſolum infamia occulta tertiæ perſonæ, non autẽ mors aut publica infamia vel aliquod graue malum, neceſſariò eſſe confitendum, nam non eſt vera ratio infamiæ in Confeſſione ſolum, aliter idẽ ſe diffamaret.

Quintus, & vltimus caſus eſt, cum ſunt tãtum peccata venialia, vel mortalia, alias in confeſſione legitimè explicata, nam cum ea non ſint de neceſſitate confeſſionis, poſſet aliquis aliqua ex ijs confiteri, aliqua tacere.

Quod integritati Confeſſionis non obſtat non confiteri peccata ſecundum numerum, Cap. VI.

DE iure diuino tenetur homo cõfiteri omnia, ac ſingula ſua peccata

cata, ratio eſt, quia Deus non abſoluit niſi quem abſoluit ſacerdos, iuxta illud (Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, &c.) vt verò integrè abſoluat ſacerdos, præcedat integra confeſſio neceſſe eſt, quando autem pęnitens certus non eſt de numero peccatorum, ſatis eſt, vt explicet probabilem numerum V. G. decies, plus, minusue hoc peccatum commiſi, & ſi poſtea recordetur duodecies commiſiſſe, minimè tenebitur ad confitendam duo illa, quia in additione paulò plus continentur, ſecus verò ſi quater, aut quinquies recordetur deliquiſſe, hinc.

Not. 1. vnumquemque teneri ad confitendum ſingulas cogitationes cordis, ſingula peccata oris, & operis.

Not. 2. ſatis non eſſe dicere, fuit mihi cordi per menſem hominem interficere, neceſſe eſt enim explicare quoties illud de nouo propoſuit quoties cum alijs tractauit, quoties alios induxit.

Not. 3. Si pęnitens, vt maiore numero minorem complectatur pluries

dicat

dicat aliquod peccatum perpetraſſe, quam perpetrauit, & id faciat ex induſtria, irritat confeſſionem, ſecus ſi id bona fide faciat, ratio eſt quia Deus ſemper a nobis quærit minus quam poſſumus facere.

Quando Confeſſio poſſit eſſe dimidiata: Cap. VII.

SVppoſito quod confeſſio dimidiata dicitur, quæ fit partim vni Sacerdoti, partim alteri, confeſſionem poſſe eſſe dimidiatam dupliciter poteſt intelligi vel per ſe, vel per accidens. Dimidiata per ſe dicitur quam confitens ex intentione diuidit, & hæc eſt vitioſa, & ſacrilega, proinde iteranda. Dimidiata per accidens dicitur, quando id fit legitima cauſa, V. G. quando in confeſſione peccatum, vel circumſtantia exprimi non poteſt abſque infamia, damno, reuelatione confeſſionis ſibi factæ, prouocatione, ſeu incitatione confeſſoris ad peccandum mortaliter, tunc enim poteſt pœnitens confiteri illam circunſtantiam

tiam alteri; poteſt etiam aliquis confeſſionem generalem, faciens quædam peccata hodie confiteri alia cras, & deinde alia per totam hebdomadam. Poteſt etiam partem peccatorum hodie confiteri, & ab illis abſolui; cras aliam, & abſolui, & ſic per hebdomadam, quin etiam ſi diuerſis ſacerdotibus confitetur, non eſt per ſe dimidiatio licet fortè eſſe poſſet genus Hypocriſis non ſe oſtendere vni Sacerdoti tam peccatorem, quam ſit, & hæc ſufficiant de confeſſione dimidiata per accidens, quæ quidem dimidiata propriè dici non poteſt, quia intentio fertur ad vnam ſolam abſolutionem.

De Confeſſione multis caſibus iteranda. Cap. VIII.

CAſus, quibus confeſſio eſt iteranda ſumuntur ex parte pœnitentis, & confeſſarij. Ex parte pęnitentijs ſunt quatuor; Primus quando eſt excommunicatus maiore vel minore, & non prius tollitur excommunicatio,

tio, confeſſio nulla eſt, quia Sacramenti capax non eſt; hoc verò intelligendum eſt de eo, qui accedit ſcienter, vel cum ignorantia craſſa, nam ſi ſit ignorantia iuris, vel facti valida erit confeſſio, quia talis ignorantia iuris, vel facti inuincibilis neq; ſinit Clericum excommunicatum celebrantem incurrere iuris pęnas.

Secundus cum non eſt contritus, quod quidem tripliciter poteſt contingere. Primò cum accedit ſine vllo dolore, ac ſine vlla peccati deteſtatione; Secundò cum accedit ſine propoſito cauendi impoſterum; Tertiò cũ habet conſcientiam ſe non accedere contritum, id verò intelligendum eſt de Attritione, quæ eſt dolor imperfectus de pręteritis, imperfectumque propoſitum continet abſtinendi a futuris, peccat enim quisquis ita accedit, & denuo facienda eſt confeſſio.

Tertius caſus eſt, cum non fuit cõfeſſus omnia peccata, atq; occultauit aliquod mortale voluntariè, ſiue ignorantia nimis craſſa, ſiue nullam præmiſit diligentiam in faciendo examine

mine conſcientiæ.

Quartus eſt cum accedit cum propoſito non ſatisfaciendi tunc enim confeſſio nulla eſt, licet, Confeſſor nihil præcepit faciendum, eaq; ratione confeſſio eſt inualida, quia pœnitens habebat propoſitum non obediendi confeſſario, & peccatum hoc non confeſſus fuit, quod ſi confeſſus fuiſſet, abſoluendus omnino non erat, vt ait Toletus in ſua ſumma cap. de Confeſ. iteranda.

Not. verò non opus eſſe vt pœnitens cum iſto propoſito actuali obediendi accedat, ſufficit enim vt non habeat contrarium.

Not. item ſi quis oblitus fuerit impoſitam pœnitentiam non teneri ad iterandam Confeſſionem, quia nullus tenetur bis peccata confiteri, a quibus rite fuit abſolutus, pęnitentiam verò quam vel eſt oblitus, vel noluit implere in purgatorio tenebitur ſoluere. Fallit verò quod nunc dicimus, quando ante abſolutionem iniungitur pęnitentia, & dum iniungitur pœnitens debitam curam ad recordandum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

dum non adhibet, & de hoc peccator non ſe accuſat, vnde confeſſio non eſt integra, ac proinde iteranda.

Not.3. cum confeſſio eſt iteranda, ſi fiat alteri confeſſario, de integro peccata omnia eſſe dicenda, ſi eidem, non opus eſſe omnia repetere, quod tamen locum habet, ſi confeſſor aut peccatorum recordetur, aut ſaltem pę nitentiæ vitæq; & ſtatus pęnitentis.

Ex parte confeſſarij ſunt tres caſus, in quibus confeſſio eſt iteranda primus quando confeſſor non habet poteſtatem ordinariam, vel delegatam tunc enim deficit iuriſdictio, neque ſufficit quod Epiſcopus non prohibens videatur dare facultatem, nunc enim per Con. Tri. neceſſariò eſt approbatio expreſſa. Secundns caſus cum eſt excommunicatus nominatus, vel publicus percuſſor Clerici, qui enim confitetur vni eorum extra neceſſitatem extremam, tenetur iterare confeſſionem. Tertius caſus eſt ipſius confeſſarij ignorantia, cum neſcit diſcernere inter peccata venialia, & mortalia, quòd ſi pęnitens aduertat

tene-

tenetur iterare confeſſionem, ſimiliter eſt iteranda, cum confeſſor ita eſt ignarus, vt debitam abſolutionis formam adhibere neſciuerit.

Not. autem iſtam ignorantiam cõſiderandam eſſe reſpectu pęnitentis exiſtentis in mortali, poteſt enim cõfeſſarius eſſe aptus reſpectu vnius nõ alterius quia hic habet caſus multum difficiles, ille non, vt ait Nauarrus in ſua Sum. cap. 4. de poteſtate, ſcientia, & bonitate confeſſarij. Vnde mercatores qui ſibi quærunt Confeſſarios non intelligentes ſuas negotiationes, ne obligentur ad reſtitutionem, tenentur ad iterandam confeſſionem, debent enim quærere doctos, ac peritos Confeſſarios.

Not. item ſi accedens ad confeſſionem, ignorabat Confeſſarium eſſe excommunicatum nominatum, vel publicum percuſſorem Clerici, non peccauit accedendo, licet confeſſio nulla ſit, ſi autem ſciebat, confeſſio nulla eſt, & peccauit accedẽdo. Alios excommunicatos præſertim curatos, quibus ex officio incumbit, non te-

nemur

nemur vitare, quamuis ipſi peccent audiendo Confeſſiones, vnde non curatos, quibus non incumbit, ac non expoſitos ad confeſſiones excommunicatos extra neceſſitatem non debemus inuitare ad confeſſionem audiendam.

Quoties, & quando teneamur confiteri. Cap. IX.

PRæceptum confeſſionis a Chriſto traditum eſt indeterminatũ, determinatum autem ab eccleſia vt ſemel in anno confiteamur. Verum aliqui ſunt caſus quibus non expectato anno tenemur confiteri, qui numerari ſolent ſeptem.

Primus cum aliquis paratus ad cõmunicandum, recordatur alicuius peccati mortalis, & ne alijs ſcandalum afferat, accipit Euchariſtiam cum propoſito ſtatim poſt communionem confitendi; Confirmatur ex decreto Conc. Trid. ſeſ. 13. c. 7. de eo, qui cum non habet copiam confeſſarij, & ſacra fecerit abſq; præuia confeſſione

feſſione quam citiſſimè poſtea confiteatur, ſi enim concilium interrogatum fuiſſet de laicis, procul dubio idem de illis ſtatuiſſet.

Secundus caſus eſt de eo, qui contra præceptum Eccleſiæ omiſit confeſſionem toto anno, hic enim tenetur quamprimum ſupplere prætermiſſam confeſſionem, ratio eſt, quia annus ab Eccleſia præfixus nō fuit ad finiendam obligationem, quemadmodum fuit tempus ieiunij, & recitandi horas canonicas, vnde qui omiſit cōfeſſionem toto anno, ſemper manet omiſſionis reus, quoad confiteatur.

Tertius caſus eſt de conſtituto in articulo mortis, nam talis tenetur de iure Diuino ſtatim confiteri, & huc reducitur inſtans periculum mortis, vt probabile naufragium, imminens periculum partu mulieri, quæ nunquam peperit.

Quartus caſus eſt de eo qui probabiliter credit ſe toto anno non habiturum copiam confeſſoris.

Quintus eſt, quando conſcientia dictat ſe ad confeſſionem teneri.

B Sextus

Sextus eſt de eo, qui vouit pluries confiteri.

Septimus, & vltimus eſt de eo, qui ſuſcepturus eſt Euchariſtiam, vel ſacra facturus, vel ſuſcepturus ſacros ordines requirentes communionem.

Not. autem præceptum Eccleſiæ de ſemel in anno confitendo non obligare nos vt confiteamur in quadrageſima, verum poſſe quolibet anni tempore impleri; vnde qui alio tempore quam in Quadrageſima fuerit confeſſus, non erit transgreſſor huius præcepti, & ſi quis confiteatur menſe Ianuario, poſtea in Paſchate non ſumat Euchariſtiam, erit reus tantum ſecundi, non primi præcepti.

De Quæſtionibus occurrentibus circa Confeſ. Cap. X.

An confeſſio fuerit in lege naturali.

Reſp. quòd in lege naturali fuit quędam interior confeſſio, quoniam dictat ratio naturalis, vt nos pœniteat Deum offendiſſe, non fuit autem confeſſio qualis in lege Euangelica, in qua claues

claues ſacerdotibus traditæ ſunt.

An fuerit in lege ſcripta.

Reſp. quòd in lege ſcripta fuit quędam peccatorum confeſſio, vt patet ex oblationibus, quę fiebant pro peculiaribus peccatis; Non fuit autem Sacramentalis, quia ſolis Sacerdotibus Euangelicis traditæ fuerunt claues ligandi, atque ſoluendi.

An confeſſio Sacramentalis ſit de iure Diuino.

Reſp. affirmatiuè quoniam inſtituta fuit a Chriſto, & probatur Ioannis cap. 20. (Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, &c. & Mathei cap. 6. tibi dabo claues Regni Cœlorum, &c.) quod fuit definitum in Con. Tri. cap. 5. can. 3. ſeſ. 14.

An confeſſio ſit inſtituta tanquam neceſſaria ad ſalutem.

Reſp. Dupliciter aliquid eſſe neceſſarium, aut in re, aut in voto. Confeſſio erit neceſſaria in re, ſi adſit Confeſſor, & confitendi facultas, ſin minus, in voto, & hæc concluſio deffinita eſt in Conc. Trid. ſeſ. 14. cap. 6. Quod nullus obligatur ad impoſſibile

An Confeſſio ſit ſub præcepto.

Reſp. affirmatiuè ex Con. Tri. ſeſ. 14. cap. 5. ſic enim legitur. Inanis eſt illorum calumnia, qui Sacramentalem confeſſionem a mandato Diuino alienam, & inuentum eſſe humanum a mandato Diuino alienum, atque a Patribus in Con. Lateranenſe congregatis initium habuiſſe affirmare non verentur.

An ad confeſſionem teneantur infideles.

Reſp. negat: ratio eſt, quia cum non teneantur poſt Baptiſmum ſuſceptũ peccata confiteri, quæ ante Baptiſmũ commiſerunt, multò minus ante Baptiſmi ſuſceptionem tenebuntur ad illorum Confeſſionem.

An Papa teneatur ad Confeſſionem.

Reſp. affirmatiuè quoties alicuius mortiferi peccati ſibi eſt conſcius, vel tenetur publicè, vel communicare, vel celebrare, & tunc de iure Diuino, non autem tenetur ad annuam confeſſionem ita, vt mortaliter peccet, ſi per totum annum non confiteatur, quia non obligatur legibus canonicis a ſe latis, at verò ratione vitandi ſcan-

dali,

dali, tenetur ſaltem ſemel in anno cō-fiteri.

An ſummus Pontifex poſſit in Confeſ. diſpenſare.

Reſp. negat: quoad ſubſtantiam præcepti, quod eſt de iure Diuino, poſſe tamen iuſta de cauſa, quoad annualem Confeſſionem.

An omnes teneantur confiteri.

Reſp. omnes vtriusq; ſexus fideles, cum ad annos diſcetionis perueniunt teneri proprio Sacerdoti peccata ſua confiteri, qui quidem proprius Sacerdos duplex eſt, vel ex iuriſdictione ordinaria, vt Parochialis Sacerdos, Epiſcopus, vel Papa, vel ex iuriſdictione delegata ab aliquo iſtorum.

An ſit de neceſſitate, vt Confeſ. ſit auricularis.

Reſp. Chriſtum inſtituiſſe auricularem, & ſecretam, & hoc definitum eſt in Con. Tri. ſeſ. 14. cap. 5. can. 6. licet verò inſtituit ſecretam, publicam non vetuit ob cauſas allatas.

An mutus teneatur confiteri.

Reſp. affirmatiuè per nutus, & ſigna.

An carens Sacerdote ſuæ linguæ teneatur per interpretem confiteri.

Reſp. negat: ratio eſt, quia peccata poſſent probari in iudicio, & publica fierent, quod Dominus noluit, cuius iugum ſuaue eſt, ſi tamen fieret, valeret, interpres tamen non ligatur eodem vinculo quo Sacerdos, quia fungitur officio dicentis, ſi verò audita, & dicta a ſe patefaceret grauiter eſſet puniendus.

An deficiente Sacerdote fieri poſſit per literas.

Reſp. negat: nec eſſet Sacramentalis, ſi fieret, quia confeſſio eſt actus perſonalis.

An præceptum annuæ confeſſionis obliget ad mortale.

Reſp. affir. quia eſt præceptum Diuinum, quoad tempus indeterminatum, determinatum ab Eccleſia ſub pœna peccati mortalis.

An non confeſſus per annum integrum poſſit differre Confeſſionem in finem ſequentis.

Reſp. quòd qui non eſt confeſſus in Quadrageſima, ſeu alio tempore vnius

ius anni, non poteſt differre vſque, in ſequentem Quadrageſimam ſine graui peccato, quia ſemper eſt tranſgreſſor legis donec impleat; Non ſic dicendum de non ſuſcipiente Euchariſtiam, quia iſta non eſt ſicut illa ad ſalutem neceſſaria.

An ſtatim commiſſa culpa ſit confitendum.

Reſp. negat: quia hoc præceptum eſt affirmatiuum.

An habens tantum venialia teneatur ad Confeſ. ex præcepto Eccleſiæ.

Reſp. negat: & ratio eſt, quia præceptum eccleſiaſticum de annua confeſſione eſt determinatiuum Diuini, quoad tempus, & cum Diuinum non obliget ad confeſſionem venialium, neq; præceptum Eccleſiæ obligabit, colligitur ex Con. Tri ſeſ. 14. ca 5.

An conſtitutus in articulo mortis, qui abſente Sacerdote oſtendit ſigna contritionis, poſtea ſenſibus priuatus a ſuperueniente Sacerdote Sacramentaliter ſit abſoluendus.

Reſp. olim cum non paucis doctoribus me ſenſiſſe talem penitentem non

Digitized by Google

eſſe Sacramentaliter abſoluendum, quòd nutus & ſigna niſi ſpeciale aliquod peccatum indicent non ſunt ſufficiens materia; ea item ratione quòd talis abſoluitur a Deo per confeſſionem factam in voto. Verum vbi legi a ſacra Cardinalium Congregatione contrarium fuiſſe declaratum iuxta decretum Con. Cartha. Cauſa 26. q. 6. cap. Is, qui pęnitentiam in infirmitate petit ſi caſu dum Sacerdos ad eũ inuitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit vel in phreneſim verſus fuerint dent teſtimonium, qui eum audierunt & accipiat pœnitentiam, & ſi continuò creditur moriturus reconcilietur per manus impoſitionem & infundatur ori eius Euchariſtia; ego quoq; ſententiam mutaui ea potiſſimum ratione quòd ſic faueatur ſaluti Chriſtianorum piè, ac religiosè de hac vita migrantium.

An qui obtenta facultate a ſuperiore, vt a reſeruatis abſoluatur, fictè confeſſus teneatur iterum petere facultatem.

Reſp. negat: ratio eſt, quia concedere

dere facultatem eſt facere caſum reſeruatum non reſeruatum, & illegitimam confeſſionem facere non reuocat facultatem conceſſam.

An facultas a ſuperiore abſolutè conceſſa de reſeruatis intelligatur tantum de ante commiſſis, vel etiam committendis intra ſpatium conceſſum.

Reſp. quòd extenditur ad committenda intra ſpatium conceſſum, ratio ſumitur ex conceſſione bullarum, in quibus de commiſis, & committendis intra id tempus intelligitur.

An aliquando confeſſarius poſſit abſoluere a reſeruatis abſque ſuperioris auctoritate.

Reſp. affir. in articulo mortis, & etiam quando pœnitens neceſſariò ad vitandum ſcandalum communicare, vel celebrare debet.

An ſit aliquis modus confitendi peccata non explicato numero.

Reſp. affir. ſi enim diutius pœnitens perſeuerauit in peccato, & numerum peccatorum memoria tenere non potuit, tunc ſatis eſt confiteri tempus, quo in peccato perſeuerauit V.G. meretrix

Digitized by Google

retrix per decennium in proſtibulo poſita debet ita confiteri, per decennium in loco publico quotidie fui parata ſæpe opere, verbis, cogitatione cum hominibus varijs, ſolutis, & coniugatis peccaui.

An oblitus numerum, & confeſſus tempus, quo perſeuerauit, numerum recordatus illum confiteri teneatur.

Reſp. non teneri illum confiteri, iã enim integram confeſſionem fecit, ex qua confeſſor illius ſtatum intellexit, & abſoluit. Eſt autem ſemper confeſſori maior ſemper ratio habenda de propoſito non peccandi amplius, quam de numero peccatorum.

An pænitens teneatur omnia facere ad tenendam memoriam peccatorum.

Reſp. negat: nam tunc vel obligaretur ad ſcribenda peccata, & hoc non, quia conſtitueretur in periculo infamandi ſe amiſſa ſcriptura, vel illi ſtatim poſt peccatum confitendum, ad quod non tenetur, quia præceptum eſt de confitendo ſemel in anno.

An

Digitized by Google

An veniale putatum mortale ob verecundiam, ſeu malitiam in Confeſ. omiſſum reddat Confeſſionem non integram.

Reſp. affir. ratio eſt, quia pœnitens agit contra conſcientiam, atque ita confeſſio eſt mala. Vnde ſi pęnitens eidem confeſſori confiteatur, ſatis erit malitiam illam, & prætermiſſum peccatum confiteri, ſecus ſi fiat alteri.

An confeſſio informis ſit iteranda.

Reſp. affir. quia cum informis confeſſio vel careat contritione, vel propoſito vitandi peccata eſt nulla, vnde confeſſiones meretricum, concubinariorum, & eorum qui vltionem quęrunt, ſunt iterandæ, quia confeſſionis tempore in peccatis perſeuerant.

An confeſſio confitentis fictè, & informiter fiat valida recedente fictione per contritionem.

Reſp. affir. cum primum per contritionem fictio recedit ratio eſt quia per contritionem Sacramentum ſuũ ſortitur effectum.

De Materia Pœnitentiæ. Cap. X I.

HÆc duplex eſt; in qua, & circa quam; ſeu proxima, & remota; vel per ſe, & per accidens; proxima, ſeu in qua, & per ſe ſunt actus pœnitentis. Contritio, Confeſſio, & ſatisfactio, & in Con. Tri. dicitur quaſi materia, non materia abſolutè quia illi actus non manent, quando eſt Sacramentum ideſt quando eſt abſolutio, in alijs Sacramentis in quibus manet materia cum Sacramento abſolutè ea dicitur materia. Materia circa quam ſeu remota ſunt peccata, nam remota materia eſt, ex qua fit proxima, vnde quia ex præcedentibus peccatis ortum habet deteſtatio peccatorum, ideo peccata ſunt materia remota, de quibus nunc pauca dicenda ſunt, eò magis quod de proxima ſatis in hoc toto opere agitur.

Quid ſit Peccatum. Cap. XII.

PEccatum eſt dictum, vel factum, vel concupitum contra, vel præter legem

legem Dei; dicitur factum, dictum, vel concupitum, vt prohibeatur omnis actio contra Deum, ſiue ea ſit cogitationis, ſiue verbi, ſiue operis; Dicitur contra legem Dei, vt prohibeantur omnia peccata mortalia, ſiue ea ſint cogitationis, ſiue verbi, ſiue operis; Dicitur pręter legem Dei ad complectetenda peccata venialia, ac etiam omiſſionis bonorum, quæ facere poſſumus, & non facimus.

De differentijs peccatorum. Cap. XIII.

PEccatum eſt duplex, originale, & Actuale. Originale eſt peccatum primum primi parentis, quatenus per vim ſeminalem fuit humanæ naturæ transfuſum, quo ſibi, & alijs à ſe genitis originalem iuſtitiam amiſit. Actuale eſt, quod à nobis ipſis committitur, & eſt duplex mortale, & veniale; mortale eſt peccatum contra præceptum Diuinum, vel humanum promulgatum, receptum, & non derogatum, vel contra aliquid pro tali habitum, vel an tale ſit iudicatum, quod igno-

ignorantia, ſubreptio, paruitas rei, diſpenſatio iuſta, cauſa iuſta quoad legem humanam ab eo non excuſat, vel contra Diuinum conſilium contemptum, vel contra ſalutem proximi ſpretam, vel ob finem malum, vel in quo finis vltimus conſtituitur. Ex ſuperiore definitione colliguntur hæc primo omnem tranſgreſſionem pręcepti naturaliter Diuini, diuini poſitiui, & humani eſſe peccatum mortale, & ad hoc vt præceptum humanum obliget ad mortale opus eſſe, vt ſit promulgatum, receptum, & non abrogatur, infligatque pęnam æternam, ſi enim ſit hortans, aut pręcipiens ſine vlla inflicta pęna, illius transgreſſio non erit mortalis. Secundo peccata contra conſcientias dictantes, vel dubitantes eſſe mortalia quamuis non ſint talia, tamen talia fieri; non autem fieri venialia, quæ conſcientia dictet talia, ex ſe cum ſint mortalia. Tertio ignorantiam facti, ac frequenter iuris excuſare à peccato mortali, eo quòd reddat actum inuoluntarium. Quarto ſubreptionem, defectum iudicij, ac par-

paruitatẽ rei à mortali in omni materia excuſare. Quinto diſpenſationem, & cauſam iuſtam ſemper excuſare à mortali transgreſſionem legis humanæ, per iuſtam autem diſpenſationem ea intelligitur, quæ valet ipſo iure licet non fuerit iuſtè facta, nulla verò diſpenſatio circa legem Diuinam, & naturalem ſine iuſta cauſa facta valet ipſo iure. Sexto contemptũ efficere peccatum mortale quod alioqui erat veniale Septimò actiones noſtras directas ad perditionem proximi, vel alium finem mortalem eſſe peccata mortalia. Octauo, ac poſtremò conſtituere finem vltimum in re aliqua eſſe mortale, finis verò vltimus dicitur cõſtitui ĩ ea re cui ſic afficimur vt malimus à Deo auerti, quam illam relinquere. Definitionem hanc peccati mortalis, ejuſque per ſingulas partes explicationem ex Nauaro deſumptã in ſua ſumma præludio nono numero octauo hic poſui quod omnium ſit perfectiſſima, quas apud ſcriptores plurimas legi.

Peccatum veniale dicitur, quod

habet

habet in ſe aliquid, vnde veniam conſequatur, & eſt tale, vel ratione partis, vel ratione totius; Ratione partis ex aliqua cauſa, vel ignorantię, vel ſubreptionis vel paruitatis rei, &c. Ratione totius, quia non tollit ordinem ad vltimum finem, vnde non meretur pœnam æternam, ſed temporalem.

Not. autem certam illam tradi regulam dignoſcendi peccatum mortale a veniali quod omne peccatum contra charitatem Dei, proximi, & ſui ipſius eſt mortale, quod enim eſt contra charitatem Dei eſt contra pręcepta primæ tabulæ, quod contra charitatem proximi contra præcepta ſecūdæ ad quæ reducuntur peccata contra nos ipſos, cætera quæ his non continentur ſunt venialia.

Peccati habētur & alię diuiſiones, vt eſt illa Sancti Anſelmi, cordis, oris, & operis.

Illa S. Iſidori, contra Deum, Proximum, & ſe ipſum.

Illa D. Auguſtini, cordis, facti, & conſuetudinis.

Alia ex D. Thoma per exceſſum, & defe-

defectum, cui illa poteſt addi, commiſſionis, & omiſſionis; Demum doctores aſſignant aliam in ſimplex, & multiplex; Simplex eſt, quod vna ſola ratione eſt tale, vt furari ſine alio malo fine; Multiplex, quod multiplici ratione eſt tale, vt furari ad mæchandum.

De partibus eſſentialibus peccati. Cap. XIV.

IN peccato haud aliter quam in rebus artificialibus duas conſideramus partes, .S. Materiam, & Formã. Materia eſt actus ſeu ipſa operatio, quę requiritur in peccato commiſſionis, defectus verò operationis in peccato omiſſionis, V. G. Occiſio hominis eſt materia in peccato commiſſionis, non audire autem ſacrum eſt materia in peccato omiſſionis. Receſſus verò à lege Diuina contrafaciendo Diuinis præceptis eſt forma, quæ quidem non eſt quid poſitiuum, ſed ſolum carentia recti.

De

De effectibus peccati. Cap. XV.

PEccati effectus duo ſunt pręcipui, Macula, & Reatus, Macula eſt priuatio gratiæ, quæ eſt animæ pulchritudo, & ornamentum maximum. Reatus eſt obligatio ad pœnam æternam, quæ debetur culpę, ſiue peccato, quæ quidem culpa duplex eſt iuxta duas peccati partes, quæ ſunt auerſio à Deo, & conuerſio ad creaturam. Auerſioni à Deo debetur pęna damni, quæ eſt non videre Deum in æternum: Conuerſioni ad creaturam debetur pęna ſenſus; iuſtè enim a creatura torquetur, qui propter ipſam auctorem Deum relinquit, vtraque autem pęna ęterna eſt, quia peccatum eſt perfectæ auerſionis, & conuerſionis. In veniale etiam eſt duplex pęna non æterna, ſed temporalis, ad tempus enim non videt Deum, & torquetur in purgatorio, qui venialiter peccauit.

Not. in veniali non eſſe propriè maculam, quia non expellit gratiam

ſed

ſed feruorem charitatis, & deuotionem aliqua ex parte extinguit, & infrigidat.

Not. item quod peccata omnia ſiue mortalia, ſiue venialia ſunt materia Sacramenti Pęnitentię, ſed non eodem modo, mortalia enim ſunt materia neceſſitatis, quæ non poſſunt deleri alio modo niſi per Sacramentum Pœnitentię ſuſceptum ſaltem in voto, ſi non poteſt ſuſcipi in re, at venialia ſunt quidem materia, ſed non neceſſaria quia homo non tenetur confiteri ſi tantum habet venialia, licet ſit tempus Quadrageſimę, ſed debet ſumere Sacramentum Euchariſtiæ niſi ſequatur ſcandalum, tunc enim deberet accedere ad confeſſionem ſaltem, vt diceret ſe non habere conſciẽtiam peccati mortalis.

De circumſtantijs peccati, quæ, quotq; ſint. Cap. XVI.

CIrcumſtantias peccatorum noſſe confeſſarium maximè oportet, vt ſic conſiderando qualitatem criminis

minis in loco, in tempore, in perſeuerantia, in varietate perſonarum ſciat & præbere conſilium, & adhibere remedium, ideo nunc pauca de ipſis dicenda videntur. Circumſtantia igitur eſt quoddam accidens actus humani, quod peccatum eſt. Circa quod ſciendum eſt, quod ſępè actus, qui per ſe non eſt peccatum, fit tale ob adiunctam circunſtantiam, circumſtantię verò peccati ſunt, quę in hoc verſiculo omnes continentur.

Quis quid, vbi, quibus auxilijs, cui, quomodo, quando. Nonnulli addunt quoties, quam nos non addimus, quoniam denotat numerum, ac proinde multiplicationem peccati, non circumſtantiam. Dicatur ergo quis id eſt quę perſona peccauit, eccleſiaſtica, an ſęcularis, ſoluta ad coniugata. Dominus an ſubditus, &c. Vbi quo in loco ſacro, an profano. Quibus auxilijs, vel per quos traxit proximum ad peccandum, cum quibus, vel contra quos; nunquam tamen peccator debet nominare perſonam, ſed tantùm dicere, quod ſufficiat ad mutationem

ſpe-

ſpeciei. Cur ideſt qua intentione, an ex infirmitate, electione, vel quali intentione, quia mortalia trahunt ſpeciem ex fine. Quando, ſacro tempore, diebus feſtis, ieiuniorum, & hæc circumſtantia ſecundum Thomiſtas aggrauans eſt. Quomodo, vtrum fraude, per inſidias, an aperto Marte, quomodo crimen commiſerit, naturali, vel innaturali modo.

De circumſtantijs ſpeciem mutantibus, aggrauantibus extenuantibus, impertinentibus, dicendis, ac non dicendis. *Cap. XVII.*

CIrcunſtantiarum omnes illæ in Sacramentali confeſſione neceſſariò exponi debent, quç efficiunt opera, quorum ſunt circumſtantiæ peccata mortalia, vel mortalia vnius ſpeciei faciunt alterius, vel quod eſt mortale ob vnam cauſam, efficiunt tale propter aliam, ſiue mutent opera ipſa ex vna in alteram ſpeciem, ſiue non Secundum verò Scotum illæ ſunt in confeſſione aperiendæ, quæ diuerſis ſpe-

ſpecialibus præceptis prohibentur, quoniam non ſufficit eſſe talia, vt vnum in altero includatur, qualia ſunt lex prohibens omne malum, & prohibens homicidium.

Not. ex Con. Tri: ſeſ. 14 cap. 5. Hæreticum eſſe, qui dixerit, nos non teneri ad confitendum circunſtantias, quæ peccati ſpeciem mutant, quod quidem intelligendum eſt de circumſtantia, quæ ſpeciem peccati venialis mutat in mortale, vel vnius mortalis in aliud mortale, nō autem de ea, quæ mutat veniale in aliud veniale; ratio autem eſt, quæ Con. mouit ad definiēdum hoc, quod confeſſarius eſt iudex, qui in cauſa pęnitentis æquam ferre non poteſt ſententiam, abſq; manifeſtatione circumſtantiæ ſpeciem peccati mutantis. Ad circumſtantias dictas accedunt aliquæ, quarum nonnullæ dicuntur impertinentes, aliæ alleuiantes, & aliæ aggrauantes.

Impertinentes dicuntur, quæ ſunt nullius ponderis, veluti furari dextere, vel ſiniſtra, ante prandium, vel poſt prandium, & has confiteri omnino

eſt

Digitized by Google

eſt contra ſimplicitatem confeſſionis.

Alleuiantes, ſeu extenuantes peccatum extenuant, & leuius efficiunt, V. G. ſi quis peccauit cum muliere ab ea prouocatus, vel metu, aut ignorantia peccatum commiſit, imperfectioni hę circumſtantiæ tribuuntur, quæ quidem per ſe conſideratæ manifeſtandæ non ſunt, ſed tunc tantum, quando ex earum occultatione confeſſarius aliquid mali conciperet præſertim de ijs interrogando; vel etiam quando peccatum ita leuant, vt culpæ nomen prorſus tollant, vel de mortali veniale reddant, putà ſi quis iaculando in incertum, hominem ex ignorantia transfigeret, vel ſi quis hominę̄ cum tutamine inculpatę tutelæ occideret, teneretur confiteri has circumſtantias, quæ eius actum, ac famam tuentur, ne confeſſarius iudicet mortale, quod eſt veniale.

Rurſus aliæ circumſtantiæ ſunt aggrauantes, quę quidem ita peccatum augent, vt illud ex paruo magnum, vel ex magno maius efficiant, quę ſecundum

Reſp. affir. quia aliqua ſunt materia ſufficiens, neque tenetur ad confitendum venialia, niſi ad libitum, ſicut dictum eſt.

An peccata mortalia ſint materia confeſ. neceßaria.

Reſp. affir. quia peccator aliter Deo conciliari non poteſt, niſi per confeſſionem eorum.

An mortalia cordis ſint materia confeſ.

Reſp. affir. quia & iſta efficiunt nos Dei hoſtes.

An peccatum euidens ſit materia confeſ.

Reſp. affir. quia in confeſſione peccata dicuntur confeſſori vt Deo, quæ extra, vt homo ſcit.

An mortale cum omnibus circumſtantijs teneamur confiteri.

De hoc ſuperius dictum eſt pluribus, in cap. de circunſtantijs.

An liceat in confeſ. aliquid omittere.

Reſp. negat. quia hoc eſt contra integritatem confeſſionis.

An addere aliquid liceat.

Reſp. negat: quia falsò teſtificari cōtra ſe non licet, & eſt cōtra Charitatē.

Digitized by Google

An imponens ſibi veniale, vel mortale mortaliter peccet.

Reſp. ſi hoc faciat eligens tutiorem partem, Sacramentum erit validum, cum non dicat falſum intentione decipiendi, pœnitens enim tunc cordi habet non confeſſorem fallere, ſed tutiorem partem eligere.

An confeſſionis noſtræ materia poſſit eſſe peccatum alterius.

Reſp. poſſe eſſe, ſed non vt alienum, ſed noſtrum proprium, quandoquidem multipliciter in alieno peccato participamus.

An imponens ſibi peccatum veniale, vt confeſſarius habeat materiam, peccet.

Reſp. affir. ſi non ſint alia peccata, à quibus abſoluatur.

An circumſtantia diei feſti, vel ieiunio conſecrati ſit confitenda.

Reſp. negat: quoniam non efficit mortale, nec mutat in ſpeciem mortalis, nec facit, vt nouo reſpectu tale fiat, niſi peccatum perpetretur cum propoſito violandi dictum diem.

An

Digitized by Google

An peccans ob fiduciam veniam obtinendi teneatur hanc circumſtantiam confiteri.

Reſp. negat: quia hęc circumſtantia minuit potius, quàm aggrauet.

An furatus aliquid ſacrum, vel ex loco ſacro ſatisfaciat confitendo furtum ſimpliciter.

Reſp. negat: quia hæc circumſtantia eſt neceſſariò confitenda, quoniam facit, vt quod eſt mortale vnius ſpeciei, fiat mortale etiã alterius, eò quòd prohibetur alia lege ab ea, quæ prohibet furtum, quod etiam dicendum eſt de homicidio, & fornicatione in loco ſacro, quæ ob hanc circunſtantiam fiunt mortalia alterius ſpeciei.

An qui concubuit cum coniugata, Religioſa, vel virgine, ſatisfaciat dicendo concubuiſſe cum fæmina.

Reſp. negat: nam debet exprimere circumſtantiam, quia cum coniugata eſt adulterium, cum libera fornicatio, cum religioſa ſacrilegium, cum conſanguinea inceſtus, cum virgine ſtuprum, vnde quod erat mortale vnius ſpeciei, fit alterius; Item is, qui furatus

Digitized by Google

fuit aliquid vt poſſet rem habere cum religioſa, tenebitur confiteri furtum, & ſacrilegium.

An circumſtantia peccati non deducti ad actum ſit neceßariò confitenda.

Reſp. affir. quia peccata voluntatis, cordis, & operis ſunt eiuſdem ſpeciei, & non differunt, niſi quod alia ſunt magis perfecta aliјs: & conſequenter ſtuprum mẽtale erit eiuſdem ſpeciei, cuius ſtuprum reale, quod eſt ipſa culpa.

An circumſtantia loci ſacri ſit neceſſariò confitenda.

Reſp. quod licet hæc circumſtantia grauius reddat omne peccatum secũdum accidens, non eſt tamen neceſſariò confitenda, niſi quãdo ipſum opus aduerſatur directè immunitati, vel ſanctitati eiuſdem loci, vt in ſanguinis, vel ſeminis humani effuſione, abſtractione eorum, qui ad ſacra loca confugiunt, quoniam in his quod erat mortale ob vnam cauſam, fuit mortale etiam ob aliam.

An

An qui deſiderat fornicari, vel occidere in loco ſacro, teneatur hanc circumſtantiam confiteri.

Reſp. affir. nam qui tale deſiderium concipit, etiam ſi extra locum ſacrum exiſtit, circumſtãtiam ſacrilegij, quod in eo admittit, tenetur confiteri è contra qui in eo exiſtens concipit occidere extra illum, confiteri hanc circumſtantiam non tenetur.

An circumſtantiam perſonæ aliquando ſit confitendum.

Reſp. quod hęc circumſtantia auget peccatum, plus enim peccat Prælatus, quàm ſubditus, ſapiens, quàm indoctus, at quoniam iſta circumſtantia vt plurimum neq; de veniali facit mortale, neq; de mortali vnius ſpeciei alterius, ideo illam confiteri non eſt neceſſarium, niſi quando id fieret contra votum, vel contra ſtatum voto firmatum, vt cum Religioſus fornicatur, circumſtantia perſonæ dicenda eſt, quia tunc fit contra ſtatum voto firmatum, at cũ blaſphemat, vel aliud crimen committit, quod non eſt contra votum, non neceſſariò tenetur cõ-

fiteri hanc circumſtantiam, quoniam religio, ſeu circumſtantia religionis non facit eſſe mortale, quod ſua natura tale non erat.

An circumſtantia peccati contra conſcientiam ſit confitenda.

Reſp. affir. tũc enim conſcientia erronea efficit mortale, quod non eſt propter aliam legem tale.

An voluntas ſæpius interrupta, ac renouata multiplicet peccatum.

Reſp. durante ipſo opere, quoad perducatur ad finem non multiplicari peccatum, neq; etiam è contrario ſi manente eadem voluntate opus multiplicetur exterius, antequam delictũ finiatur, vnde hoc loco.

Not. 1. omnes actus interiores, & exteriores, qui ſunt veluti quædam via ad vnicum peccatum, vnum tantum illud efficere, etiam ſi illi fuerint interrupti, quales ſunt præparatio equi lanceę, aliorumq; armorum vnà cum deſiderijs multoties interruptis verbis, ſomno eius, qui vadit ad occidendum alium triginta milliaribus diſtantem.

Not.

Not. 2. quòd ſicut actus præambuli ad actum principalem numerum peccatorum non augent, eadem ratione nec conſequentes, ſubſequentesq; augebunt, quales videntur eſſe eius, qui poſtquam aliquod malum fecit, inordinatè dolet, loquitur gaudet, tum quia eadem ratio eſt de vtriſque tum quia eccleſiæ vſus habet, quod ſicut homini ſufficit confiteri ſe occidiſſe hominem, non confitendo numerum voluntatum, & actuum præambulorum, ita ſufficit idem confiteri non confitendo numerum actuum conſequentium, quibus id ſibi placuiſſe oſtendit.

Not. 3. toties aliquem peccare, quoties malam voluntatem peccandi interrumpit ceſſando ab opere, & iterum poſtea redeundo. Vnde qui diem integrum inſumpſit opportunitati captandæ mulieris, quandiu illa voluntas, & illud opus non fuit interruptũ, vnum tantum erit peccatum, at ſi multum temporis in eo opere impẽdit, poſtea vacat alijs negotijs, ac redit ad primam actionem, tot peccata cõ-

mittit, quot interruptiones illæ fuere.

An qui tria verba iniurioſa vno tempore alicui dicit, ter peccet.

Reſp. quod ſi illæ tres iniuriæ ſignificent tres diuerſas res, ter peccat, ſi ſignificant vnam rem tantùm, vnum tãtùm peccatum committit.

An qui imprecatur mortem alicui, ac toti ſuæ familiæ duo tantum, vel plura peccata committat.

Reſp. duo, quia tota familia collectiuè pro vna ſola perſona accipitur, ſic etiam qui maledicendo, ſeu blaſphemando maledicit D. Petro, & vndecim Apoſtolis, ijſdem rationibus duo tantùm peccata committit.

An circumſtantia ſcandali ſit neceſſariò in confeſſione aperienda.

Reſp. affir. in duobus caſibus; Primus eſt cum ſcandalum eſt formale, hoc eſt, quando aliquid dictum, aut factum fuit animo prouocandi aliquẽ ad peccatum mortale, & non ſolum tenetur dicere id, quod prædicto animo dixit, aut fecit, ſed etiam tenetur dicere ſpeciem peccati, ad quam prouocare

uocare intendebat. Poſterior caſus eſt, cum per opus ſuo genere bonum, atque indifferens, ſecundum tamen ſpeciem, & apparentiam malum, præbetur occaſio peccandi mortiſerè. Eſt etiam alius caſus, de quo diuerſa eſt ſententia, cum ſcilicet quis peccat coram alijs abſque propoſito prouocandi, eos ad peccandum; circa quod dico, quòd quando huiuſmodi peccatū fit per eiuſmodi perſonam, vel coram talibus perſonis, qui veriſimiliter id videntes peccandi occaſionem accipient, tunc neceſſariò ſcandali circumſtantia dicenda eſt, ſecus ſi non fit per talem perſonam, vel coram talibus perſonis.

An confeßus peccatum, & oblitus circumſtantiam, iterum teneatur confiteri peccatum.

Reſp. negat: nam ſatis eſt ſolam circumſtantiam confiteri V. G. iurauit quis ſe non iniecturum manus violentas in clericum, non furaturum, poſtea iniecit, furatus eſt, tum illa ſe feciſſe confeſſus eſt, ſed eſt oblitus, quòd antea iurauerat, non tenetur

iterum confiteri illa, ſed ſufficit dicere, ſemel, bis, ter, fui licita iuramenta transgreſſus.

An fornicanti corde, & opere ſufficiat dicere, ſe fornicaſſe corde tantum.

Reſp. negat: quia peccatum operis non eſt circumſtantia peccati cordis, vnde confitendum eſt peccatum operis cum circumſtantia peccati cordis, ſi mutet vnum mortale in aliud alterius ſpeciei, vel alio reſpectu, ſecus ſufficit confiteri peccatum operis.

De forma. *Cap.* *XIX.*

DE materia tam proxima, quàm remota huius Sacramenti hactenus dictum eſt, nunc pauca de Forma, quæ quidem hæc eſt (ego te abſoluo, &c.) nec huius Formæ verba omnia neceſſaria ſunt de neceſſitate Sacramenti, Confeſſori enim ſufficeret dicere (te abſoluo) licet aliquid ex illis ſcienter omitteret, verum grauiter peccaret. Solent huic formæ verba quædam ex laudabili conſuetudine præmitti, atque alia poſtponi, quæ

abſque

abſque cauſa ab vllo non ſunt prętermittenda.

Not. 1. circa iſtam formam non eſſe addenda alia verba præter prędicta, quę ſunt in communi vſu; vnde non ſunt audiendi qui dicunt (ego te abſoluo ab omnibus peccatis confeſſis, contritis, & oblitis, ſunt enim hæc verba omnino ſuperflua, abſolutio enim eſt non ſolum contritorum ſed etiam oblitorum, quæ verba omnia remouenda ſunt a forma Sacramenti, q.ãuis addita ipſa non mutent.

Not 2. quòd alibi etiam diximus, cum pœnitens tenetur aliqua excommunicatione, prius abſolutio fiat ab ea, ſiue maiore, ſiue minore quàm à peccatis, immo melius eſſet ante confeſſionem peccatorum abſoluere ab excommunicatione, licet hoc neceſſe non ſit.

Not. 3. quòd abſolutio non debet dari cum conditione, quæ conditio triplex eſſe poteſt; vna de prętérito, V. G. (ſi feciſti hoc, ego abſoluo) Alia de prçſenti vt(ſi ita eſt, ego te abſoluo); Tertia de futuro, vt(ſi hoc feceris,

ceris, ego te abſoluo). Similiter abſo-lutio non eſt impendenda cum ratihabitione, quę eſt cum dependera tertia perſona, vt (ego te abſoluo, ſi Epiſcopus conſenſerit) nulla ergo conditio eſt apponenda niſi ratione dubij, vt cum confeſſarius dubitat, an abſoluerit, poteſt dicere (ſi non es abſolutus, ego te abſoluo) verùm aliæ conditiones apponendæ non ſunt, tamen ſi duę priores apponantur, valet abſolutio, tertia non valet, nam effectus deberet expectare impletionem conditionis, quod non poteſt eſſe, non enim confeſſor poteſt differre effectũ datę abſolutionis. At verò cum additio aliqua ponenda eſt, non debet eſſe in ipſa forma, ſed verbis debet iniungi pęnitenti, quam ſi recipiat, ſtatim eſt abſoluendus. Vnde cum Epiſcopus dat facultatem confeſſori abſoluendi aliquem ea conditione, vt eum poſtea ad ſe mittat, ea conditio non eſt ponenda in abſolutione, ſed pœnitenti verbis præceptiuis, quòd ſi poſtea non impleuit, non tenetur repetere confeſſionem, ſed ſatis eſt dicere, quòd

non

Digitized by Google

non impleuit promiſſionem.

De caſibus occurrentibus in abſolutione. *Cap.* *XX.*

An abſolutio poſſit dari ante impoſitam, acceptamq; Pænitentiam.

Reſp affir. ſemper tamen melius eſt, quod pęnitentię impoſitio præcedat, quò magis pœnitens ad religionem, ac pietatem incitetur.

An poſſit bis quis abſoluere in eadem confeſſione.

Reſp. negat: & ſic abſoluens grauiter peccat, quia in eadem Confeſſione ſemel abſolutus, perfectè eſt abſolutus.

An abſolutio facta a quocunque Sacerdote a mortalibus alias rite confeſſis valeat.

Reſp. affir. ex Nauaro cap. 4. nu. 1. immo etiam Religioſus abſoluit validè, quamquam non licitè.

An abſoluere debeat confeſſarius pænitentem aliter ſentientem de aliquo peccato.

Reſp. quòd ſi ſint contrarię doctorū

opi-

opiniones, quorum vnam confeſſarius, alteram pęnitens teneat, & confeſſor credit euidenti ſe textu, & ratione niti, pęnitentem autem dubia, non debet eum abſoluere, at ſi vterque ratione nitatur pari, poterit eum abſoluere, verum in hoc magna eſt adhibenda prudentia.

An abſolutioni liceat aliquid addere, vel imminuere.

Reſp. negat: ſi tamen aliquid addatur, vel minuatur, quod ſenſum non mutet, valet abſolutio, verum Confeſſor grauiter peccat, & ſi per illam additionem, vel imminutionem haberet animum inducendi nouum ritum in Eccleſiam, eſſet Hæreticus.

An abſolutio facta ſub conditione valeat.

Reſp. quòd ſi conditio ſit de pręterito, ac pręſenti valet, ſi de futuro non, de hac cap. ſuperiore dictum eſt multis.

An laicus in articulo mortis poſſit ſacramentaliter abſoluere.

Reſp. negat: ſicut enim non poteſt Sacramentaliter audire confeſſiones, ita nec poterit abſoluere.

An

Digitized by Google

An abſolutio iniuſta valeat.

Reſp. affir. niſi adſit defectus ſubſtantialis, ſicut enim aliæ iudicum ſententiæ etiam iniuſtæ valent, ſi non adſit defectus ſubſtantialis, ſic & eadem ratione abſolutio Sacerdotis regulariter valet.

An oblitus excommunicationis, vel peccati reſeruati, & abſolutus ab omnibus à Confeſ. habente facultatem, ſi poſtea recordetur, poſſit a quocunque abſolui.

Reſp. cum Nauaro cap. 26. de Pęnitentia affirmatiuè quia deſierunt eſſe reſeruata, cum per priorem abſolutionem ſublata fuerint, & peccata deſierint habere adiunctam excommunicationem, remanſerintq; ſolubilia à quocunq; confeſſore.

An ad abſolutionem manuum impoſitio ſit neceſſaria.

Reſp. negat: quia de eo nulla ſit mētio in ſacris litteris.

An abſolutio dari poſſit abſenti.

Reſp. quòd quando pęnitens abſolutus fuit ab excommunicatione, vel caſu reſeruato à confeſſario, qui non habe-

habebat poteſtatem ab eodem poſt habitam poteſt abſolui, etiam in abſentia ab excommunicatione, & a peccato reſeruato, quando voluerit, & quando in gratia eſſe videbitur, & hoc ad vitandum ſcandalum, quod poſſet contingere dicendo ei, quòd nequaquā fuit abſolutus, ac propterea oportet ipſum iterum confiteri, quòd ſi illius præſentia poteſt haberi, præſens abſoluetur, ſed ſi confeſſarius facultatem abſoluendi hunc pęnitentem habere non poſſit, moneat eum, vt à tali excommunicatione, aut caſu, à quo ipſe non poterat, faciat ſe abſoluere ex Nauaro in ſuo Manuali cap. 26. Vt ſe geret confeſ. erga Pœnitentem.

De ſatisfactione. Cap. XXI.

TErtia pars Sacramenti Pœnitentiæ, ſatisfactio ſcilicet bifariam ſumitur, largè, ſiue in genere, & ſtrictè ſiue in ſpecie; largè accepta ſignificat reſtitutionem, quę eſt actus iuſtitiæ commutatiuę, ac redditio rei acceptę, vel damni illati compenſatio, vel repoſitio

Digitized by Google

poſitio rei in eum ſtatum, quem habuit antea; ſtrictè, ſiue in ſpecie ſumitur pro tertia parte pęnitentiæ. De ea, vt eſt reſtitutio bonorum animi, corporis, honoris, vel pecuniæ; atque vt complectitur vſuras, mutua, commodata, locata, conducta, cambia, emptiones, venditiones, ſolutiones vectigalium, ac decimarum, aliaſque negotiationes iniuſtoſque contractus, non eſt iſtius loci agere, propterea miſſa faciam Quid, Cui, Vbi, Quomodo, Quo ordine, Quando, Quis reſtituere teneatur, qui participantes ad reſtitutionem obligentur, quæ cauſæ à reſtitutione excuſent, hæc enim omnia ad ſeptimum Decalogi pręceptum (Non furtum facies) pertinent; ſed tantùm de ſatisfactione dicemus, vt eſt tertia pœnitentiæ pars. quæ ſic poteſt definiri, eſt paſſio voluntaria pœnæ pro peccato debitæ ad placandum Deum cum propoſito eum amplius non offendendi, dicitur paſſio voluntaria, quia debet eſſe actus virtutis, & omnis actus virtutis debet eſſe voluntarius; iuxta illud Dauidis (voluntaria

oris

oris mei beneplacita fac Domine) Quare hæc definitio duas continet partes, quarum prima eſt paſſio voluntaria pęnæ pro peccato, altera abſtinentia facienda a peccato. Ex qua definitione infertur eum, qui peccauit, non ſolùm teneri ad reſtituendum damnum illatum alteri, verùm etiam ad ſatisfaciendum Deo pro offenſa, & iniuria illata per rebellem tranſgreſſionem præceptorum eius. De abſtinentia dicemus in ſequentibus; De pęna ſoluenda nunc dicimus tria eſſe, per quæ poſſumus ſatisfacere, ieiunium, per quod abſtinentes a carnibus, cibisque vetitis vnicam cibi refectionem in die adhibemus; Orationē per quam mentem, ac vocem ad Deū eleuantes bona poſcimus, ac mala deprecamur, ipſiq; Deo benedicimus; Elemoſynam, per quam pauperum miſerentes ex commiſerationis affectu eiſdem ſubuenimus circa quæ.

Not. primò per ieiunium intelligi non ſolum abſtinentiam a cibis ſed etiam opera omnia poenalia corporis, diſciplinas, caſtigationes, peregrina-

tio-

tiones, &c. per orationem non ſolum mentis, ac vocis in Deum eleuationem, ſed etiam opera ſpirtualia, miſſarum celebrationes, prædicationes, lectiones ſpirituales &c. Per elemoſynam non tantùm pecuniarium largitionem, verùm etiam opera miſericordiæ corporalia, viſitare infirmos, docere ignorantes, conſilio iuuare indigentes, &c.

Not. 2. hanc ſatisfactionem duplicem eſſe, vnam, quæ fit per opera impoſita à Confeſſario, alteram per opera voluntariè ſuſcepta in vindictam peccatorum, inter quas duplex eſt diſcrimen, primum quod à confeſſario iniuncta magis eſt ſatisfactora quia eſt quid Sacramentale, voluntariè autem ſuſcepta Sacramentale nihil habet quare nec habere poteſt tantam vim. Secundum diſcrimen eſt, quod ſatisfactio a Confeſſario impoſita licet fiat in peccato mortali, eſt ſatisfactoria ſaltem pro tempore, quo quis ſurrexit a peccato, altera vero minimè. Poteſt autem ſatisfactio voluntaria tanto feruore fieri, & impoſita a

iii Con-

Confeſſario adeo tepidè, vt plus ſit, quod ex deuotione acquiratur, quàm quod ratione Sacramenti.

Not. 3. nos teneri ſatisfacere, & expiare pęnas debitas vel in hac vita, vel poſt mortem; In vita, cum accipimus pęnitentiæ Sacramentum, & plenè in hoc mundo ſatisfacimus exercentes opera ſatisfactoria; Poſt mortem, cum contingit vt exiſtentes in gratia obnoxij tamen pęnarum reatibus moriamur ante expiationem, & ne Diuinæ fiat iniuria Iuſtitiæ, puniendi ſumus in Purgatorio. Vnde ſequitur duplici in loco poſſe nos ſatisfacere, vel in hoc Mundo, vel in alio, Purgatorio ſcilicet qui eſt locus Purgationis, & expiationis, & ſolutionis pœnarum poſt mortem, ſubtus terram, circa ipſius cētrum, in quo qui ſunt, duplicem patiuntur pœnam, vnam damni, ideſt priuationis viſionis Dei, alteram ſenſus, ideſt ignis, viſionis Dæmonum, conſiderationis, admiſſarum culparum, atque his pœnis ſatisfaciunt pro peccatis; Poteſt item per diſpenſationem Diuinam fieri ſatisfactio diuerſis

in

in locis, ac etiam in hoc mundo, & ſic ſecundum D. Gregorium in 4. Dialogorum aliquæ animæ purgatæ ſunt. Purgatorium contiguum eſt inferno, qui eſt locus, in quo cruciantur, & cruciabuntur animæ peccatorum in peccato mortali decedentium vſq; in diem iudicij, ac poſt diem iudicij animę, & corpora cum Dęmonibus. Inter Purgatorium, & Infernum dicitur medius eſſe Lymbus, locus puerorum non baptizatorum decedentium ante vſum rationis, qui damni tantum patiuntur pęnam. Lymbus ſanctorũ Patrum, in quo ipſorum animæ ante Chriſti aduentum detinebantur, eſt prima ſedes, ac ſuperior pars inferni, in quo Lymbo nulla erat pęna ſenſibilis, erant tantum tenebrę, quãtum ad carentiam claræ viſionis Dei, non autem quantum ad carentiam gratiæ, ac ſcientiæ, nec erat ibi pęna ſenſibilis, quam homines patiuntur pro peccato actuali, ſed quędam requies, & refrigerium propter ſpem Chriſti venturi, hic locus fuit dictus Abrahę ſinus, eò quod primum principium credendi

dendi myſterium incarnationis, & redemptionis fuit ab Abraham, cui primum ab Idolatria ſeparato facta fuit de Chriſto reuelatio.

Not. 4. per Con. Tri. ſeſ. 4. cap. 8. & 9. can. 12. Excommunicari eum, qui dixerit totam pœnam ſimul cum culpa remitti ſemper à Deo, vt non ſit amplius opus credere Chriſtum pro omnibus ſatisfeciſſe. Excommunicari item affirmantem, non ſatisfacere nos Deo per pęnam temporalem, in quam commutatur ęterna, nec per veniam culpę mala pęnę a Deo nobis inflicta ſufferendo, vel ſufferendo mala à Confeſſario nobis iniuncta, vel à nobis ſponte ſuſcepta. Excommunicari ſimiliter aſſerentem, ſatisfactiones, quibus pœnitentes peccata redimunt, non eſſe veros Dei cultus, cum nitantur meritis Domini noſtri Ieſu Chriſti. His ita tractatis de prima parte ſatisfactionis tranſeundum ad ſecundam.

De

De occaſione vitanda. Cap. XXII.

QVantum bono, ac perito Confeſſario curandum ſit, vt pœnitens proponat non recidere, idemq; ne recidat nemo eſt, qui non videat, ne ſicut canis reuertatur ad vomitum, at potius imitetur mulierem Chananæã, quę ſalutis cupida filię egreſſa eſt de finibus Tyri, & Sydonis, per quos aptè intelligimus occaſiones peccati a quibus omnino egrediendum eſt, ſi filiã noſtram animam ſcilicet ſaluare volumus. De his igitur occaſionibus dico in duplici aſſignari genere, Proximas, & Remotas, ex quibus poſteriores vitare, ſtatuere nequaquam pęnitens tenetur, quando quicquid in Mundo eſt poteſt eſſe occaſio peccandi remota; Priores verò omninò proponere debet vitare, vt à Confeſſario abſolui poſſit. Occaſio verò hæc à Nauaro definitur in manuali cap. 3. num. 14. eſſe omnis illa, & ſola, quę eſt peccatum mortale, aut talis occaſio peculiaris, qua credit, vel credere, debet Confeſſarius

los in eodem cubiculo, qualis tamen non eſt puellæ, & ſeni.

Ex ſuperiore definitione iam explicata colligitur, quòd Confeſſarius regulariter non debet abſoluere pęnitentem, qui non vult relinquere occaſionem proximam, dixi regulariter, quia benè poterit abſoluere, quando quatuor infrà poſita concurrunt, videlicet vera pęnitudo præteritorũ, verum propoſitum non peccandi, cũ ſe iuuenerit in ea occaſione, Credulitas, quod Deo iuuante non peccabit; & cum ſubeſt aliqua cauſa rationabilis non ſeparandi ſe ab ea; quatuor hæc lege apud Nauarum loco ſuperius citato.

De quæſtionibus, quę fieri poſſunt circa Satisfactionem. Cap. XXIII.

An homo poſſit ſatisfacere pro peccato.

Reſp. affir. iuxta illud, facite fructus dignos Pęnitentiæ; neq; obſtat, quod culpa ſit infinita, atque in Deum infinitum, homo verò finitus; quia ſatisfactio habet virtutem à Chriſti

Digitized by Google

paſſione, & ſic licet offenſio ſit infinita, etiam Chriſtum fuiſſe paſſum eſt ſatisfactio infinita, vnde omnis noſtra ſatisfactio habet virtutem.

An Deo tantùm ſit ſatisfaciendum.

Reſp. affir. quia ille offenſus fuit per culpam.

Per qualia opera ſatisfacere teneamur.

Reſp. per pęnalia, quia ſicut in corporalibus, ſic in ſpiritualibus.

An ſatisfactio fieri poſſit ex aliàs debitis.

Reſp. affir. ratio eſt, quia vnico actu duplici obligationi poſſumus ſatisfafacere, V. G. per ieiunium quadrageſimale à Confeſſario impoſitum pœnitens eccleſiæ præcepto ratione obedientiæ, & præcepto Confeſſarij ratione iuſtitiæ ſatisfacit.

An qui adimplet Pænitentiam, dum audit miſſam de præcepto, ſatisfaciat.

Reſp. affir. ratio eſt, quia ſolùm tenetur ſacrificio miſſæ aſſiſtere, & quemadmodum poteſt alias preces effundere debitas etiam ſatisfactionem poterit adimplere, dummodo tamen ad vtrunq; debitam attentionem adhibeat.

An

An adimplens pœnitentiam in mortali ſatisfaciat.

Reſp. affir. & probatur à ſimili, nam & exiſtens in mortali, & recitans horas canonicas, vel ieiunans ſatisfacit præcepto de horis recitandis, & ieiunio, ita a ſimili, vnde nō tenebitur iterare pœnitentiam.

An opera mortua reuiuiſcant per gratiam.

Reſp. negat: quia quod mortuum eſt, non poteſt reuiuiſcere.

An opera mortua aliquid mereantur.

Reſp. negat: quia meritum eſt opus, cui debetur pręmium, & de iuſtitia; peccator verò non eſt dignus pane, quo veſcitur. Dico tamen quòd talia opera ſunt quorundam bonorū Fortunæ impetratoria, patet in Exodo vbi legitur, obſtetricibus Aegyptiorum Deum benefeciſſe, quia filios Hębreorum ſuffocare noluerunt, & D. Auguſtinus teſtatur Imperium fuiſſe datum à Deo Romanis propter eorum bona opera moralia.

An pœnæ ſint ſatisfactoriæ iuxta quantitatem patientiæ noſtræ.

Reſp. quòd, qui grauiora patitur

mala, magis ſatisfacit, quia cum hæc flagella à Deo ſint in pęnam peccatorum, qui plura patitur, plus ſatisfacit, ſicut pœnitens, qui grauiores pœnas a Sacerdote impoſitas adimplet.

An poſſit vnus pro alio ſatisfacere.

Reſp. quod quando aliquis per ſe nō vult, per alium poteſt ſatisfacere, nam ſi vnus pro exiſtente in Purgatorio ſatisfacit, quanto magis quis ſatisfaciet pro viuo impotente ſatisfacere, poteſt etiam, ſi valet, ſatisfacere per alium, quando Sacerdos hoc conceſſerit, ratio eſt, quia quando pręceptum ponitur ſub diſiunctione, electio eſt debitoris.

An reſtitutio ſit pars ſatisfactionis.

Reſp. ſatisfactionem ſumi dupliciter, largè ſeu communiter, & ſtrictè ſeu proprie; Primo modo eſt, ſecundo non.

An quis in vltimo articulo mortis poſſet verè ſatisfacere.

Reſp. affir. quia adeſt vſus liberi arbitrij, & veram poteſt aſſequi contritionem, ac verè ſatisfacere.

An

Digitized by Google

An pænitens teneatur vitare omnes occaſiones.

Reſp. negat: verum illas omnes, & ſolas, quæ ſunt mortalia peccata, aut quæ ſunt occaſiones tales, per quas ipſe pęnitens, vel Confeſſor credit firmiter peccatum iri iuxta illud Eccleſiaſtici. Qui amat periculum peribit in illo.

An occaſiones æqualiter in pænitentibus ſint iudicandæ.

Reſp. negat: quoniam quod eſt vni cauſa propinqua, alteri poterit eſſe remota, de quo ſuperius.

An miles poſſit abſolui, qui vult redire ad bellum, quod credit iniuſtum.

Reſp. negat: quia non poteſt exercere illud ſine peccato mortali quod idē eſt dicendum de exercente Necromantiam, ſuperſtitiones, vſuras, & his ſimilia.

An iuuenes ſint abſoluendi non proponentes vitare occaſionem mulierum, cum quibus verſantur emendo, vendendo, laborando, non tamen cohabitando in eadem Domo.

Reſp. affir. quia occaſio, quæ ex hac præbetur ad peccandum, non eſt ex ſe peccatum mortale, nec quę faciat ferè ſemper mortaliter eos peccare, qui ea vtuntur, vnde allata definitio occaſionis propinquæ ei non conuenit.

An poſſint abſolui concubinarij publici.

Reſp. ſecundum Auguſtinum verbo concubinatus, negat: neq; etiam ij, de quibus hoc à multis ſcitur, quia eſt occaſio, quę eſt peccatum mortale ob ſcandalum, quod ſcientibus prębetur, vnde prędicta definitio ei conuenit.

An poſſint abſolui concubinarij occulti.

Reſp. quod regulariter non poſſunt abſolui, quia confeſſarius, ac pęnitens probabiliter debent credere, quod nũquam, aut rarò ſi ſimul viuant, omittent peccare mortaliter voluntate, verbis, vel factis, reſpondeo regulariter, quia rectè poterunt abſolui, concurrentibus prædictis quatuor.

An concubina nolens omittere inuiſere concubinum in agone mortis ſit abſoluenda.

Reſp. quòd poſſet abſolui, ſi prædicta quatuor concurrerent, atque illa pro-

propoſitum conciperet hortandi cō-cubinum ſaltem generaliter, & ſyncerè ad pœnitentiam peccatorum, ſed hoc quàm difficile ſit, alij videant, ſi enim hoc modo accederet, ceſſaret ſcandalum, ſi ſciebatur fuiſſe eius concubina, ceſſaret etiam ratio prohibitionis, ac proinde ipſa quoque prohibitio.

An poſſint abſolui Clerici cohabitantes cum concubinis, ancillis, vel alijs perſonis de incontinentia ſuſpectis.

Reſp. negat: niſi expellant concubinas, ancillas, vel alias perſonas ſuſpectas, ratio eſt, quia tales Clerici ſemper ſunt in peccato mortali ob ſcandalū formale, quod præbent cæteris.

An ſine ſeparatione poſſint abſolui conſanguineæ, ancillæ, ac famulæ, quæ rem habuerunt cum Conſ. ancillis, ac Dominis.

Reſp. affir. concurrentibus prędictis quatuor, pręſertim verò, ſi vlt. mū adſit, quod ſcilicet ſine magno detrimento ſeparari non poſſint.

An prędictæ poſſint abſolui, ſi reciderint, ac non ſeparentur.

Reſp. affir. concurrentibus prędictis quatuor, licet tertia, ac quarta vice reciderint, quia non ſolum ſemel, vel bis, ſed etiam ſeptuagies ſepties eſt parcendum, Matthæi 18. quia quotidie multi abſoluuntur, qui quotannis recidunt, & quia recidere non eſt neceſſarium argumentum pœnitentiã nõ fuiſſe, aut non eſſe veram. Verùm laudabile duco non abſoluere eos, vel eas, in quibus nulla eſt emendatio, nec emendationis inchoatio, egoque facilius negarem abſolutionem famulæ, quàm cognatæ, quia facilius ſeparari poſſunt aliæ, quàm alię, quibus item dicerem, vt dicerent perſonis, quibus cum degunt, & peccant negari ſibi abſolutionem, niſi ſeparentur, quo pacto ſi viderem me proficere, atq; ſatis ad prædicta quatuor mouere, tunc abſoluerem, quamuis non ſequeretur ſeparatio. Verùm tanta hæc res Deo commendanda, ac multa diligentia eſt adhibenda in quærendo animabus remedia profectura, bono-

rum

rum, atque honoris, quantùm fieri poteſt, habita ratione.

An incidens in varias tentationes ob eſum rerum calidarum, propoſitum debeat habere abſtinendi, & an abſolui debeat.

Reſp. affir. quia hæc occaſio non eſt propinqua, ſiquidem non eſt in ſe mortale, neque facit ſemper peccare mortaliter, hoc verò intelligendum eſt de eo, qui non comedit ob malum finem, quia ſi comederet ob malum finem, eſſet peccatum mortale; ac proinde neceſſe eſſet ſtatuere nunquam huiuſmodi cibis vti.

An poſſit abſolui hoſpita, quæ quoties certum quendam excipit, occultè rem habet cum illo.

Reſp. affir. modò proponat ſe impoſterum hoſpitio non recepturam, immo quando abſq; graui ſcandalo hoſpitio prohibere non poſſet, concurrentibus dictis quatuor poſſet abſolui, modò promittat ſe ſolam cum ipſo ſolo non verſaturam; pari ratione abſolui poſſet, qui rem, aut impudicos tactus habet cum conſanguinea in

alia domo degente abſque propoſito nunquam ingrediendi in illam domum.

An ducens in choreis puellas, qui ſcit ob ſuam fragilitatem ſemper ſe peccaturum in eo actu, ſit abſoluendus.

Reſp. negat; quia illa occaſio in ſe eſt peccatum mortale, & per conſequens vitanda, ob primam definitionis partem, quod idem dicendum eſt de Aulico, qui adſiſtit menſæ alicuius Principis, & loquitur cum quadam muliere adſiſtente eidem menſæ, & non ſolum oblectatur ſermone, & cogitatione ſordidis, ſed etiam turpi ſe pollutione fœdat, niſi ſtatuat ſe nunquam tali occaſione vſurum, etiam ſi verſetur ſimul matrimonij contrahendi gratia.

An chirurgi, & medici, qui medendis fœminis peccarunt libidinoſis, & prauis voluptatibus ſint abſoluendi.

Reſp. affir. concurrentibus prædictis quatuor, quoniam hæc occaſio non eſt ex ijs, quæ ſunt in ſe mortiferæ, neque

que ex ijs, quę ferè ſemper ad peccandum trahant. Quod etiam dicendum de eo, qui ob choream, vel complexū iuxta honeſtam patriæ conſuetudinē, ſæpe per delectationem moroſam, & deprauatam voluntatem peccauit.

An Confeſſarius audiens confeſſionem certæ perſonæ, cuius cauſa peccat, ſit abſoluendus.

Reſp. quatuor prædictis concurrentibus poſſe abſolui, ſi non poteſt ipſum pœnitentem reijcere a confeſſione abſq; magno ſcandalo, quod idem dicendum de pęnitente, qui non poſſit abſque illo Confeſſorem mutare.

An periculum recidiui ſufficiat ad negandum abſolutionem pœnitenti, niſi vitet cohabitationem, ac proponat ſe ea non vſurum.

Reſp. affir. quia huiuſmodi pęnitens non eſt verè contritus, vera enim contritio reſcindit cauſas peccandi. Limitatur tamē hæc ſententia quando ceſſaret in futurum periculum recidiui V.G. quando mulier formoſa facta eſſet informis, quando ægrotaret ægritudine incurabili, quando fornicator

contraxit matrimonium cum alia, vnde non cogitat amplius de concubina Limitatur ſecundò quando pœnitens nequit expellere cohabitantem quia non eſt ſui iuris, neq; enim filius familius tenetur expellere ancillam, vel aliam de domo Patris, vel ipſe exire, cum hoc fieri non poſſet ſine magno damno, & ſcandalo. Vnde tunc Confeſſario ſatis eſſet ſi pœnitens promitteret ſe nunquam ſolum cum dicta ſœla eſſe verſaturum, ac dicturum fœminæ, vt etiam ipſa abſtineat, ac doleat. Limitatur tertiò quando tales peccantes non ſemper, ac tam ſæpe peccaſſent, verùm raró, bis, ter, quaterue, repentina libidine, non continuata intentione, ac poſtea eos pęnituiſſet, tunc enim eſſent abſoluendi, & ratio eſt, quia ex tam raró actu non ita videtur radicata hæc mala conſuetudo libidinis, vt in futurum arguatur euidens periculum recidiui.

De

De Miniſtro, & poteſtate ordinis. *Cap. XXIV.*

IN confeſſione requiruntur nonnulla ratione Confeſſarij, ſine quibus abſolutio eſt nulla, & hæc quatuor recenſentur, poteſtas ordinis, poteſtas iuriſdictionis, Proprietas, ſcientiæ facultas; alia requiruntur ad rectitudinem officij pertinentia, quibus prętermiſſis abſolutio non impeditur, & hæc ſunt Probitas, Prudentia ac Fidelitas, hoc capite de duobus primis tum ſigillatim de reliquis.

Ordo igitur in primis eſt neceſſarius, nec quicunque ſed Sacerdotalis. Quare Laico, aut alteri non habenti ordinem Sacerdotalem confeſſio facta eſt nulla, hæc autem ordinis poteſtas non debet eſſe impedita, nam ſuſpenſus, depoſitus, aut degradatus non poſſunt abſoluere, niſi in mortis articulo.

Iuriſdictio etiam requiritur non impedita, ad cuius rei perfectam intelligentiam eſt ſciendum triplicem eſſe

iuriſ-

iuriſdictionem, ordinariam, Delegatam, & iure conceſſam. Ordinariam habent Epiſcopi, Curati, & alij ad quos animarum cura ſpectat, Delegatam, qui ex dictorum commiſſione habent, & hæc dupliciter obtineri poteſt; Primò expreſsè cum ordinarius concedit alteri confeſſiones audire, Secundo tacitè, vt cum Epiſcopus, vel Curatus videt aliquem Sacerdotem audire Confeſſiones, & non prohibet, tacitè dat illi iuriſdictionem, Iuriſdictionem. Iure conceſſam habet ille, qui habet facultatem ex eo, quòd pœnitens habet facultatem a iure, vel priuilegio, vel alia cauſa ipſum eligendi in Confeſſarium, debet autem, & hęc poteſtas non eſſe impedita per nominatam excommunicationem, aut Clerici publicam percuſſionem, vel alio impedimento a iure, vel ab homine. Excipiuntur duo caſus, in quibus ſimplex Sacerdos ſine vlla iuriſdictionis auctoritate poteſt audire Confeſſiones. Primò in articulo mortis, tunc.n. quilibet Sacerdos a quibuſcunq; caſibus, & quacunq; cenſura licitè, & validè

Digitized by Google

lidè poteſt abſoluere, & id poteſt etiã Religioſus ſine vlla ſui ſuperioris licentia, quoniam tunc habet poteſtatem à Pontifice Secundo, cum quis non habet niſi venialia, ac etiam mortalia alias legitimè confeſſa, quod quidem valet, ſed non licet.

De poteſtate Proprietatis. *Cap. XXV.*

HAEc poteſtas maximè quidem neceſſaria eſt Confeſſario, vt ſcilicet proprius ſit pęnitenti, quãdoquidem debet habere poteſtatem in ordine ad pęnitentem, vt ſit ſibi ſubiectus V.G. qui habet iuriſdictionẽ Romę non poteſt audire Confeſſiones Mediolani, & hoc eſt neceſſarium in confeſſione delegata, & iure conceſſa: Requiritur etiam ad hoc, vt Confeſſor ſit proprius, vt talis iuriſdictio ſit ordinaria ratione officij, cæteri.n. habentes iuriſdictionem delegatam, vel iure conceſſam non dicuntur proprij Confeſſarij, verum legitimi.

Hoc autem non eſt ſic intelligendum, vt non poſſit quis confiteri niſi

pro-

Digitized by Google

proprio, verùm quòd cum alij nō ſint habentes iuriſdictionem, vel delegatam, vel iure conceſſam teneatur confiteri proprio; Proprij verò numerantur quatuor, Parochus in ſua Parochia, Epiſcopus in ſua Diæceſi, Papa in toto Mundo, & Superiores Religioſorum in ſuis conuentibus, Archiepiſcopus quoq; in Diœceſibus Epiſcoporum ſubditorum, ſolo tamen tempore viſitationis. Multi ſunt caſus in quibus poteſt non confiteri proprio, & ſex numerantur.

Primus de licentia proprij, cum ſcilicet curatus facultatem dat ſubditis, vt confiteantur alijs, qui tamen per Epiſcopum ſint approbati, ſimiliter vt alijs Parochis confiteri poſſint; Epiſcopus autem dare poteſt licentiam abſolutè, vt cuiuis etiam aliàs non habenti iuriſdictionem confiteatur. Sed.

Not. quod ante Conc. Tri. poterat quis de licentia Curati confiteri cuilibet Sacerdoti idoneo non habenti aliàs iuriſdictionem, quod item Curatus poterat alteri ſuam delegare poteſtatem, modò tamen non licet.

Se-

Secundus caſus eſt, cum quis habet bullas, aut diplomata Apoſtolica.

Tertius eſt cum homines ſunt vagabundi, nullum habentes firmum domicilium, tales namque tenentur confiteri illi, in cuius ſunt iuriſdictione cum debent confiteri, quod idem dicendum de peregrinis, & viatoribus.

Quartus caſus eſt, cum quis confitetur illis, qui conſtituti ſunt Confeſſarij in religionibus, quamuis abſque Epiſcopi approbatione.

Quintus caſus eſt culpa proprij Sacerdotis, cum ſcilicet eſt indoctus, ignarus, ſolicitator ad malum, reuelator confeſſionum, vel aliquod aliud malum ab eo timetur, tunc enim pœnitens debet petere ab eo licentiam confitendi alteri, vel a ſuperiore, qua non obtenta poterit confiteri alteri habenti iuriſdictionem audiendi confeſſiones.

Sextus caſus eſt ſæpe, ac ſæpius iam dictus mortis articulus, vel periculum, tunc enim cuilibet Sacerdoti quis poteſt confiteri. Hoc loco.

Not.

Digitized by Google

Not. non eſſe cauſam ſufficientem eligendi alium verecundiam, vel timorem, quod de ſe proprius non habeat bonam opinionem.

Not. 2. quòd qui habet iuriſdictionem in aliquo, poteſt in quacunque Diæceſi illum audire, & abſoluere, poteſt enim ſuos ſubditos Epiſcopus in aliena Diæceſi confiteri, quod etiam Curatus V. G. ſi ſe comitantnr, vel ſibi iterfacientibus occurrunt, & ſic omnes tenent communiter, dummodo publicè confeſſionibus audiendis ſe non exponant.

Not. 3. omnes Prelatos habere facultatem eligendi ſibi confeſſarium, & hæc conceſſio habetur a Gregorio IX. cap. de pœni. & remiſ. Per Prælatos verò oportet intelligere vel eos, qui habent iuriſdictionem etiam exteriorem, vt Epiſcopi, Abbates, ſuperiores religioſorum, Priores, Guardiani, Prouinciales, qui omnes poſſunt ſibi eligere Confeſſarium, ſed ante omnes ipſe Papa; Cardinales verò qui non ſunt Epiſcopi, vel Abbates, qui ſci licet non ſunt Prelati niſi ſint legati,

non

non habent hanc facultatem a iure, vnde habent Papam vel ſummum Pęnitentiarium pro proprio Confeſſario, ſicut familia commenſalis Papę. Tamen ex conſuetudine ſolent omnes Cardinales hanc habere licentiã a Pontifice, immo eorum commenſales familiæ illis ſubſunt, & poſſunt confiteri his, quos Cardinales ſignificauerint, & commiſerint.

De Peccatis a quibus proprius poteſt abſoluere, & a quibus non. Cap. XXVI.

COnfeſſarius proprius poteſt abſoluere à quibuſcunque peccatis grauibus, quæ ſuperior ſibi non reſeruauit; Vnde Epiſcopus non poteſt abſoluere a reſeruatis Papæ, neq; Curatus a reſeruatis Papæ, & Epiſcopis, quod autem dicitur de Curatis intelligitur de expoſitis in conuentibus religioſorũ, ac de alijs conſtitutis ab Epiſcopo. Sciendum namq; eſt cum Epiſcopus conſtituit aliquem Confeſſarium, non idcircò dare illi facultatem abſoluendi a reſeruatis, niſi id explicetur, ſimiliter

liter

Digitized by Google

liter cum quis habet priuilegium eli-gendi ſibi Confeſſarium ſolùm ab ijs poteſt abſolui, quæ continentur, & exprimuntur in priuilegio, pro cuius rei intelligentia.

Not. primo, nullum caſum eſſe reſeruatum Papę niſi ratione cenſuræ, reſeruatę. Vnde duo ſequuntur.

Primum Papam, cum dat priuilegium abſoluendi a caſibus reſeruatis, dare facultatem abſoluendi a cenſuris impedientibus abſolutionem peccatorum, nam ratione cenſurarum tantùm ſunt caſus Papales; Alterum ablata cenſura per Papam, ipſa peccata, propter quæ erant cenſuræ, poſſe abſolui a quolibet Confeſſario, vel Curato, niſi fortè talia ſint reſeruata Epiſcopo. Nauarus vult in hoc caſu poſſe etiam a reſeruatis Epiſcopo pœnitentem abſolui, quia cum Papa relaxat cenſuram, ex conſuetudine aufertur reſeruatio inferiori, quod probabile eſt, ac fieri poteſt.

Not. 2. circa caſus Epiſcopo reſeruatos non ſolum ratione cenſuræ peccata reſeruari, ſed etiam ratione ipſorum

rum

Digitized by Google

rum peccatorum, propter ipſorum grauitatem nulla exiſtente cenſura, iſti verò caſus ſunt in triplici differentia, quædam enim peccata reſeruantur de iure, quædam de communi cõſuetudine, quædam de conſuetudine particulari. Quæ iure reſeruantur ea præcipuè videntur eſſe, de quibus auctores concordant, votorum diſpenſatio, quæ licet non ſint peccata, tamen inter peccata numerantur, quia ad Epiſcopum pertinet eorum abſolutio, omiſſis papalibus, iuramentorum relaxatio, irregularitatum non Papalium abſolutio, excommunicationũ maiorum reſeruatarum ipſi Epiſcopo abſolutio; Peccatum incendiariorum, quorum abſolutio ante excommunicationem ad Epiſcopum pertinet, poſt ad Papam, peccatum graue, & ſcandalum propter quod olim publica Pœnitentia iniungebatur, vt cõcubinatus notorius, peccata blaſphemię, & alia multa, hæc ad Epiſcopum ſecundum multos non amplius pertinent, cum publica pœnitentia non ſit in vſu, vnde Confeſſarius pro ſua

pru-

Digitized by Google

prudentia quod facto opus fuerit, iudicabit, quando iſti occurrent caſus, licèt iam tot ſint priuilegia, vt pauca, ac ferè nulla ſint Epiſcopis reſeruata.

Quæ ex communi conſuetudine in Epiſcopatibus communiter reſeruantur ſunt hęc quatuor, homicidium, aut mutilatio actualis, crimen falſariorum, aut qui falsò iudicant contra aliquem in iudicio, vel tacendo verum, vel dicendo falſum, vel ſcripturas falſasfaciendo, Sacrilegium, aut rapinę rerum ſacrarum, homicidiaq; ac vulnerationes in loco Sacro. Demum incantationes, diuinationes, inuocationes Dæmonum, cęteraq iſtius generis directè verum Dei cultum impugnantia.

Quę Epiſcopi particulari conſuetudine ſibi in ſuis Epiſcopatibus reſeruant, certo nequeunt numero aſſignari. quia quiſq; Epiſcopus ſibi ea ſolet reſeruare, quæ ſuo Epiſcopatui conuenire, aut potius non conuenire videntur.

Not. autem Romanum Pœnitentiarium inferiores omnes ex quocunque

que loco ad ſe venientes poſſe ab his omnibus abſoluere, & ab omnibus excommunicationibus etiam reſeruatis Epiſcopis, poſſunt enim quęcunque poſſunt Epiſcopi immo plura, poſſunt enim ab aliquibus excommunicationibus, ac votis abſoluere, a quibus Epiſcopi non poſſunt.

De Cenſuris. Cap. XXVII.

DE cenſuris pauca a diuerſis, iiſque ſapientiſſimis Doctoribus deprōpta in hunc redigere locum erat in animo, cum perlectis omnibus quæ a Nauaro iuris vtriuſque, doctore, omnigena omnium artium, virtutum, ac ſcientiarum peritia præcellentiſſimo de cenſuris ipſis in ſua ſumma tradita fuere, mihi penitus ſilendum duxi, neque enim video qui poſſim quicquam excogitare, dicere, ſcribere, quod ille quàm accuratiſſimè non ſit perſecutus. De excommunicatione maiore, minore, generali, ſpeciali, lata a iure, lata ab homine, iuſta, iniuſta iniuſta valida, iniuſta inualida, inualida ex de-

fectu

Digitized by Google

fectu recitudinis animi iudicis, inualida ex defectu iuxtæ cauſę, de timenda, de non timenda, de nulla de excōmunicationibus reſeruatis P. P. per bullam cænę Domini, de non contentis in bulla, de reſeruatis Epiſcopis, de contentis in Clementinis; de reſeruatis nulli, de poteſtate excommunicandi, de cauſa, de forma, de non capacibus excommunicationis, de effectibus excommunicationis, demum de abſolutionibus quàm multa quàm paucis. Quod verò ad ſuſpenſionis, atque interdicti materiam attinet, quis compros mentis quicquã ab eo deſideret? quis vel attentiore cura, vel prędſtantione facũdia ſperet vtriuſq; ſubſtãtialia, qualitates pœnas, atque abſolutiones ſe traditurum. Quare ne pluribus manifeſtiſſima conſecter vehementer etiam, atque etiam rogatos volo omnes, qui cenſurarum perfectam cognitionem aſſequi cupiunt, ne ab ipſius Nauari ſententia, ac placitis recedant.

De

De irregularitatibus. *Cap.* XXVIII.

Quid de impedimentis à iure Canonico inductis directe impedientibus ordinum eccleſiaſticorum ſuſceptionem, atque vſum hoc loco ſcribam haud video, cum cap. ſuperiore ſcripſerim vnde ea omnia liceat deceat depromere, de his enim ſiue in genere, ſiue in ſpecie loqui velimus, ſatis copioſè, diſtinctè, ac dilucidè ab ipſo Nauaro loco ſuperius citato enumerantur, deffiniuntur, declarantur.

De ſcientia Confeſſarij. *Cap.* XXIX.

Hæc qualis, quantaque in confeſſario requiratur, vel ex eo licet cognoſcere, quod longè maior diligentia in animæ, quàm in corporis cura adhibenda eſt, quò fit, vt ſicut ęger corporaliter ad morbos depellendos peritiſſimum ſibi quęrit medicum, ſic ægritudine ſpirituali laborans ſapientiſſimum ſibi confeſſarium debeat quęrere. Præterea cum confeſſarius

E ſit

ſit iudex fiori interioris, quod quidem maximum eſt, oportet, vt eorum, quæ ſub ſuo foro ſunt, peritiam habeat. Vt igitur confeſſarius ſit perfectus, ac ſciens, poſſitque de omnibus diſcernere, debet probè tenere, atque callere Sacramentalem, ac moralem Theologiam, Ciuilis Iurisperitiam, & conſtitutiones Synodales illius loci, in quo audit confeſſiones. Vt verò ſit muneri ſuo ſufficiens, ſatis eſt, ac neceſſarium, vt intelligat libros latinos, ſiue Italicos, & eos legens, ac diligenter conſiderans intelligat, quæ peccata perpetuent ij quos audit, quæ mortalia, quę venialia ſint, quę circumſtantię neceſſariò confitendę, quibus criminibus annexa ſit excommunicatio, quę ſint peccata reſeruata, quę reſtitutionem requirant, & ſaltem dubitare ſciat in ijs, quæ alij nouerint, vt ſciat conſulere peritiores, quomodo agendum ſit de eo, de quo habet dubitationem. Quod ſi auditurus eſt Clericos, debet etiam ſcire illos caſus, in quibus irregularitas incurritur, aut ſaltem noſſe dubitare circa illos vnus quisque

Digitized by Google

quiſque enim tenetur ſcire illa, quę ad ſui muneris exercitationem pertinent.

Not. autem prędictam ſcientiam eſſe regulandam ſecundum ſubditos, quos vt plurimum talis confeſſarius habet; vnde qui in villis, & pagis confeſſiones audiunt, non egent tanta ſcientia quanta qui in ciuitatibus, rurſus non tanta requiritur in confeſſarijs ſimplicium Ciuium, quanta in confeſſarijs negotiatorum, mercatorum, & iudicum, quare ſcientia maior, minor neceſſe poteſt pro pœnitentium qualitate.

Not. 2 eſſe aliquos caſus, in quibus ſcientia confeſſarij poteſt ſuppleri. Primo quando pœnitens eſt ſibi ſatis peritus, & fidelis, qui optimè conſcientiam ſuam exponit, & facienda nouit, & iſte caſus tantùm excuſat confeſsorem ignarum. Secundo quando pœnitens non habet caſus difficiles. Tertio quando adeſt articulus mortis, & confeſſarij docti deeſt copia, quod idem dicendum de ijs, qui in terris Gẽtilium, & infidelium degunt, in qui-

bus propter inopiam confeſſorum nō requiritur tanta ſcientia. Quarto quādo in illo loco multi ſunt Confeſſarij docti quos indoctius poteſt conſulere. Cum verò confeſſarius eſt omnino ignarus, & indoctus habita ratione ad Pœnitentes, ſi hoc officium exerceat extra mortis articulum, ac neceſſitatem extremam, peccat mortaliter, & confeſſio ei facta eſt nulla. Superioribus iam tractatis ad rationem confeſſarij; accedunt alia ad rectitudinem officij, non quidem neceſſaria ſimpliciter, ſcilicet probitas, prudentia in excipiendis, ac iuuandis pœnitentibus, & fidelitas, ſeu ſigillum, de quibus in ſequentibus.

De nobilitate Confeſſarij. Cap. XXX.

Confeſſarius aliorum iudex diuinitus conſtitutus, ad cuius pedes humiliter abiectus peccator admiſſorum ſcelerum veniam rogat, omni peccato careat neceſſe eſt; ne dum alios iudicat, ſe ipſum condemnet. audiatque in ſe illud ſaluatoris (Qui ſine peccato

eſt

Digitized by Google

eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat) quicunque enim mortali ſcelere eſt obſtrictus, & aliorum confeſſiones audit, lethalis culpæ toties fit reus, quoties huiuſmodi actum exercet, licet eius abſolutio valeat, quia non ſua, ſed Chriſti agit virtute. Studeat igitur vt ſit, vel probabiliter credat ſe eſſe extra ſtatum lethiferę culpæ, ſciatque quo excellentior in animarum cura gerenda fuerit, eò aptius inſtrumentum Diuinę bonitatis ſe futurum; de probitate exterius præferenda nihil eſt, quod loquamur, quando hoc ipſum omnes per ſe nullo negotio ſcire poſſunt.

De prudentia Confeſſarÿ in examine præponendo confeſſioni. Cap. XXXI.

TOta confeſſarij prudentia in eo eſt poſita, vt confitentem benignè excipiat atq; interroget, quod fiet ſi prius curarit vt Pœnitentis ſtatum, cum quoad corpus, cum quoad animam perſpectum habeat; Quoad corpus, quęrat ſit ne artifex, an mercator;

bus propter inopiam confeſſorum nō requiritur tanta ſcientia. Quarto quãdo in illo loco multi ſunt Confeſſarij docti quos indoctus poteſt conſulere. Cum verò confeſſarius eſt omnino ignarus, & indoctus habita ratione ad Pœnitentes, ſi hoc officium exerceat extra mortis articulum, ac neceſſitatem extremam, peccat mortaliter, & confeſſio ei facta eſt nulla. Superioribus iam tractatis ad rationem confeſſarij; accedunt alia ad rectitudinem officij, non quidem neceſſaria ſimpliciter, ſcilicet probitas, prudentia in excipiendis, ac iuuandis pœnitentibus, & fidelitas, ſeu ſigillum, de quibus in ſequentibus.

De nobilitate Confeſſarij. Cap. XXX.

Confeſſarius aliorum iudex diuinitus conſtitutus, ad cuius pedes humiliter abiectus peccator admiſſorum ſcelerum veniam rogat, omni peccato careat neceſſe eſt; ne dum alios iudicat, ſe ipſum condemnet, audiatque in ſe illud ſaluatoris (Qui ſine peccato

eſt

eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat) quicunque enim mortali ſcelere eſt obſtrictus, & aliorum confeſſiones audit, lethalis culpæ toties fit reus, quoties huiuſmodi actum exercet, licet eius abſolutio valeat, quia non ſua, ſed Chriſti agit virtute. Studeat igitur vt ſit, vel probabiliter credat ſe eſſe extra ſtatum lethiferę culpæ, ſciatque quo excellentior in animarum cura gerenda fuerit, eò aptius inſtrumentum Diuinę bonitatis ſe futurum; de probitate exterius præſeferenda nihil eſt, quod loquamur, quando hoc ipſum omnes per ſe nullo negotio ſcire poſſunt.

De prudentia Confeſſarij in examine præponendo confeſſioni. Cap. XXXI.

TOta confeſſarij prudentia in eo eſt poſita, vt confitentem benignè excipiat atq; interroget, quod fiet ſi prius curarit vt Pœnitentis ſtatum, cum quoad corpus, cum quoad animam perſpectum habeat; Quoad corpus, quęrat ſit ne artifex, an mercator;

Digitized by Google

De Prudentia in ipſa peccatorum confeſſione. *Cap.* XXXII.

COnfeſſarius nullo modo interroget pœnitentem, qui prius quę memoria tenet, non expreſſerit, qui enim nullam adhibuerit diligentiam, audiendus non eſt, qui verò adhibuerit, aliqua, ſin minus omnia recordabitur, de quibus ſe accuſet, quę cum ipſe clara voce expreſſerit, tum Confeſſarius interroget ſi quę ipſe omiſerit, V. G. Eccleſiaſticas perſonas de beneficijs interrogabit, an per Simoniam beneficium obtinuerint, an plura curata poſſideant, quod prohibetur per Conc. Tri. ſi eſt curatus an ſatisfaciat muneri ſuo de reſidendo; an reditus Eccleſiaſticos malè impendat. Si ſit vir coniugatus, petat an agat vitam communem cum vxore, ſi non agit examinet, an cauſa ſit legitima ſeparationis, aliàs non eſt abſoluendus, niſi ſaltem proponat redire ad vxorem, & cum ea viuere; Si ſit ſolutus petat àn promiſerit aliquam ducere vxo-

rem, & ſi ex hac parte habeat aliquod impedimentum; Si mercator fuerit, interroget de vſuris, de illicitis contractibus, & an negauerit mercedem operarijs, ac ne ſingulos hominum ordines enumerem, vnumquemque ſi facto opus videbitur interrogabit ſecundum officium, & exercitationem ſuam. Interroget item de circumſtantijs, de numero, de actibus interioribus, de occaſionibus, de reſtitutione famæ, de conſuetudine in peccato, tandem de omnibus, quę omiſſa fuiſſe cenſebit, quantùm attinet ad pręcepta naturę, Charitatis, Decalogi, & Eccleſiæ, nec non quantum ad conſilia Euangelica, cuſtodiam potentiarũ animæ, cum exteriorum, tũ interiorum.

Poſtquam audiuit, atq; interrogauit pęnitentem de particularibus, rurſus ad generalia redeat, ac per humanè quęrat à pœnitente an aliqua peccata dedita opera, vel ignorantia omiſerit, an fecerit aliqua bona malo fine, vnde facta fuerint mala, ac peccata mortalia, Voluerit ne aliqua mala

com-

committere, quæ non commiſit, quia non potuit, vel tempus non habuit cō modum, iſtæ enim voluntates à peccato non excuſantur, licèt opus non fuerit ſecutum. Similiter poſtulet an alios ad peccandum induxerit, eſt enim notum peccatum alium ad peccandum inducere.

Not. verò quod in omnibus interrogationibus tam ante, quàm in Con. & poſt Confeſ. debet Confeſſarius vti maxima prudentia, ſi enim pœnitentes fuerint docti, non opus eſt petere ab eis, quæ ſunt ab indoctis petenda. Pueri item interrogandi non ſunt de iſs in quibus probabiliter videntur nō potuiſſe peccare, & quando cum fœminis agetur de rebus carnalibus, caueat circumſtantias nimias petere, ac non neceſſarias, hęc enim poſſunt vel ad malum prouocare, vel ad illud inſtruere. At in primis nunquam audiēdo peccata, quantumuis grauia, oſtendat externis ſignis admirationem, verum prudentiã ſemper vultu: pręſeferat, geſtu, verbis; ne pœnitens ex auſteritate Confeſſarij, perterre fiat. Si

verò initio confeſſionis audiet aliquē caſum reſeruatum, tunc audiat totam confeſſionem, & nullam de eo faciat mentionem niſi in fine, poſtea remittat pœnitentem ad ſuperiorem, & ſeruet ſeruanda, de quibus ſupra dictum fuit, hoc enim pacto Confeſſarij examen integrum, ac perfectum erit; Cōfeſſio fiet pœnitentibus amabilis, quę aliter eſſet oneroſa atq; odioſa, & abſolutio ritè atq; vtiliter impendetur.

De Prudentia cum conſtitutis in articulo mortis. Cap. XXXIII.

QVando medici de obitu infirmi indubitanter pronunciant, atq; infirmus laborat in extremis, etiam quando plerunq; contingit ex aliqua infirmitate aliquem mori, debet ſacerdos in tali caſu, prę ſertim cum periculum eſt in mora, interrogando illum ſeruare ordinem, quem ratio dictat. Ordo verò (ex mea ſententia) hic debet eſſe, vt miſſis factis culpis leuioribus, de ijs infirmus interrogetur, quæ grauiores, ac principales ſunt, tum de alijs

alijs, ſi per tempus licuerit; At quando infirmus perfectè confiteri non poteſt, ſufficit, vt voce, vel nutu aliquod mortale explicet, ſiue ſaltẽ veniale in particulari. Vnde ſi laborans in extremis vocaret Confeſſorem, & aliqua peccata confiteri inciperet, poſtea graui correptus dolore non poſſet perficere confeſſionem, & precaretur Sacerdotem vt differret, quod non poſſet amplius loqui, tunc Confeſſarius debet illum abſoluere, ad euitandum periculum, ne eundo, ac redeũdo pœnitens moriatur abſq; abſolutione, eaque ratione abſoluetur, quod Confeſſarius habet ſufficientem materiam ad abſoluendum. Hinc etiam deducitur, quod quando laborans in extremis confitetur, & eò imbecillitatis venit, vt iam iam ſpiraturus videatur, & grauiter id timetur, Confeſſarius hoc metuens debet eũ abſoluere, etiã abſque vllius Pœnitentiæ impoſitione, & ratio eſt, quam toties diximus, quia habet materiam, de qua iudicare poſſit, ſed.

Not. quando cõſtitutus in articulo

mortis in particulari explicat aliquem caſum reſeruatum, vel peccatum habens annexam excommunicationem Sacerdoti, qui non habet facultatem abſoluendi, tunc debet talis Sacerdos in caſu, quo ſuperior adiri non poteſt abſolutionem impendere, ac monere, vt ſi a morte liberetur teneatur ſe præſentare ſuperiori, non quidem pro caſu reſeruato non habente annexam excommunicationem (nullus enim caſus in articulo mortis eſt reſeruatus) ſed tantum pro habente annexam excommunicationem, ita vt ſi vbi conualuerit non præſentet, recidat in eãdem excommunicationem. Ad hęc confeſſor conſideret qualitatem, & cõditionem infirmi, vt Eccleſiaſticis ſubſidijs de hac vita exeunti ſuccurratur. Quod ſi infirmus fuerit vſurarius publicus, non poteſt admitti ad confeſſionem niſi facta prius cautione de reſtitutione vſurarum, vel promiſſione ab hęredibus de huiuſmodi ſecundum Formam iuris. Super omnia moueatur infirmus, vt ſi quid debet alicui ratione debiti, vel contractus, aut

depo-

Digitized by Google

depoſiti, vel teſtamenti ſtatim ſi commodè poteſt reſtituat, ſi autem commodè non poteſt prouideat, vt quam citiſſimè poſt eius mortem reſtituatur quod ſi noluerit diſponere de reſtitutione facienda non eſt abſoluendus. Cauendum præterea ne aliena heredibus, aut eccleſijs relinquat, ſed certa certis, incerta pauperibus relinquat. De reſtitutione, & legatis ad pias cauſas pro anima ſua ita diſponat, vt citò cogantur executores expedire, & non differre, ſicut quotidiè faciunt, ne poſt mortem ipſe infirmus detrimentum patiatur, quia remedium nō adhibetur, & ſuffragia differuntur. Poſt hæc confeſſarius prudens curet, vt illi viaticum præbeatur, atque Sacramentum vnctionis miniſtretur, ad quod Sacramentum exhibendum nequaquam tempus expectet, quo infirmus ſenſibus prorſus careat, aut omninò illius ſit deſperata ſanitas, vt ipſe infirmus deuotionem erga Sacramentum habere poſſit. His peractis tam Sacerdos, quàm conſanguinei ægrotum ſalutaribus monitis iuuent,
aſſiſtant-

aſſiſtantque ac moneant, vt conſtans ſit in fide Catholica, & Dœmonis inſid js non te1reatur, mentemq; erigat ad contemplationem Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti; in quo ſpes omnes locet, ac prorſus animum amoueat à conſanguineis, qui, quantum fieri poteſt, non circumſtent ægrotum, quò voluntariè acceptet mortem, quando illa, ſi libenter acceptetur, eſt ſufficiens pœna pro peccatis venialibus, ac etiam pro magna parte mortalium. At verò ſi infirmus non eſt in tali articulo, ac periculum non ſit in mora, licet frequenter contingat homines ex tali infirmitate mori, tunc ſi proprius Confeſſarius haberi poteſt, vocetur, ac ille, quæ ſui muneris ſunt, præſtet.

De prudentia cum capite damnatis, ac morientibus propter vim illatam.
Cap. XXXIV.

IIs ante oculos Sanctorum, nec non Chriſti Domini noſtri paſſio, tormenta, ac ſupplicia erunt ponenda,

licet

licèt verò Sanctiſſimi martyres iniuſtè fuerint paſſi; ipſis verò pęna pro meritis ſtatuta fuerit, tamen de Diuina Dei miſericordia non eſſe deſperandum, qui pro peccatoribus paſſus fuerit; maximum item illis a Deo fuiſſe collatum beneficium, qui per illud mortis genus ſaluos eos facere voluerit, qui alioqui damnati fuiſſent, illud verò præſertim, moneantur Diuina prouidentia, ac ſingulari Diuinæ prouidentiæ dono fuiſſe factum, vt horam mortis ipſi ſcirent, quam Dominus communiter omnibus vult eſſe ignotam, proinde hilari, ac læto animo peccata confiteantur ſua, Sacrum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcipiãt, atque ad Dei Omnipotentis voluntatem ſe accomodent, quo paratiores ad Cæleſtem Patriam æternis fruituri bonis valeant migrare. Similiter prudens Confeſſarius vulnera, aut aliam violentiam paſſos, hortetur ad ignoſcendum perſecutoribus, redigat in memoriam opus illud miſericordię (Remittere offenſam) tantopere a Chriſto nobis in Euangelio commendatum

datum (Dimittite, & dimittetur, eadem quippe menſura remetietur nobis) inducat in memoriam quod ipſimet in oratione Dominica poſtulant (Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris) Addatur quod Sancti Chriſti martyres faciebant pro lapidantibus, calumniantibus, blaſphemantibus, quod Chriſtus in cruce pendens pro perſecutoribus Patrem orabat (Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt): His, & huiuſmodi pijs hortationibus pro temporis opportunitate prudens ac ſapiens confeſſarius vtetur.

De Quæſtionibus occurrentibus circa Miniſtrum. Cap. XXXV.

An Sacerdos ſit neceſſarius Miniſter.

Reſp. affir. & habetur ex Con. Tri. ſeſ. 14. de Pœnitentia cap. 6. & Can. 9 ac 10.

An Sacerdos ſimplex ſine iuriſdictionis auctoritate poſſit audire confeſſiones.

Reſp. poſſe abſoluere habentem venialia tantum, vel mortalia alias legitimè

gitimè confeſſa, verùm hoc non licet.

An laicus ſi abſoluat Sacramentaliter fiat irregularis.

Reſp. negat: quia iſte caſus non eſt expreſſus in iure.

An oporteat confiteri proprio.

Reſp. affir. vel alteri de ipſius licentia, & de hoc ſatis ſuperius egimus.

An liceat confiteri alteri.

Reſp. affir. ex priuilegio, ratio eſt quia iudex poteſt committere ea, quæ ſunt ſui ordinis cuicunq; eiuſdem ordinis, ſed Epiſcopus eſt iudex, ergo.

An concubina proprij ſacerdotis poſſit ei confiteri.

Reſp. quod inter confitendum aut timetur peccandi occaſio, aut non, ſi timetur, non, ſi non timetur ſic.

An confeſſus priuilegiato, teneatur confiteri proprio.

Reſp. negat: verum ei ſe pręſentare tenetur ratione reuerentię.

An Religioſi ſine licentia Epiſcopi poſſint mutuò audire confeſſiones.

Reſp. affir. de licentia Prælatorum, ratione priuilegiorum, non tamen poſſunt audire, confeſſiones Sacerdotum

tum ſęcularium, niſi prius iudicentur ab Epiſcopis idonei.

An monachi poſſint confiteri Sacerdotibus alterius religionis nondum inſtitutis ab Epiſcopis confeſſoribus ſæcularium.

Reſp. affir. de licentia ſuorum Prælatorum ſecundum ſua priuilegia.

An Religioſus poſſit audire confeſſiones ſæcularium ſine licentia ſui Prælati, de licentia Epiſcopi.

Reſp. affir. Cõfeſſiones ſæcularium, non autem fratrum, ratio eſt, quia habet auctoritatem ordinis, & eſt capax iuriſdictionis, quam habet ab Epiſcopo, peccabit tamen contra obedientiam, & poterit puniri.

An Sacerdotes ſæculares poſſint mutuò audire Confeſ. ſine licentia Ordinarij.

Reſp. negat: poſt Concil. Trid. ſeſs. 23. cap. 5. ante Concilium licebat.

An miniſter audita annua Confeſſione teneatur audire ſubditum alio anni tempore.

Reſp. affir. quia ex officio ſubditos paſcere, & in viam Charitatis deducere tenetur. Ezechiel 34. Vę paſtoribus Iſrael,

Digitized by Google

Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos non ne greges a paſtoribus paſcuntur, &c.

An Curatus vnius Parochiæ poſſit audire Confeſſionem in alia.

Reſp. conſuetudine inductum eſſe, vt omnis Parochus poſſit audire Confeſ. per totam diœceſim in qua habet beneficium, maximè videntibus hoc alijs Prælatis, tacentibus, ac tolerantibus.

An Curatus extra ſuam Diœceſim poſſit audire Confeſ. ſui ſubditi.

Reſp. affir. ea ratione quod habet iuriſdictionem in illũ, vnde poteſt Epiſcopus, vel Curatus ſe comitantes ſubditos in itinere, vel alios ſibi forte occurrentes audire, & abſoluere, hoc omnes communiter tenent, modo, vt alio loco dixi audiendis Con. ſe publicè non exponat.

An Curatus poſſit audire Confeſſiones monialium exiſtentium in ſua Parochia.

Reſp. negat: niſi de auctoritate Epiſcopi ad quem ſpectat cura ipſarum.

An Confeſſio rectè fiat proprio Curato nondum denunciato ſed excommunicato.

Reſp. affir. quia ſubditus licitè petit

mini-

miniſterium ſibi a Curato debitum.

An Curatus habens titulum impeditum poſſit audire confeſſiones.

Reſp. affir. ſi impedimentum communiter ignoratur, V. G. ſi collatum ſit beneficium excommunicato, collatio erit nulla, ſed Confeſſiones illi factæ erunt validæ, licet poſtea impedimentum manifeſtetur.

An Parochus, qui dimiſit beneficium ſit idoneus.

Reſp. negat: quia non habet amplius poteſtatem, quam habuit in ſubditos, apertè declaratur in Con. Tri. de Pœnit. ſeſ. 14. cap. 7. idemq; videre licet apud Nauar. in ſua ſumma cap. 19. num. 11.

An Laicus poſſit aliquem abſoluere ab excom. in articulo mortis.

Reſp. negat: quamuis enim laicus poſſit habere iuriſdictionem ſpiritualem, non poteſt tamen in articulo mortis abſoluere, quia tunc temporis talis abſolutio conceditur propter abſolutionem à peccatis; a quibus Laicus non poteſt abſoluere.

An

Digitized by Google

An quicunque Sacerdos excommunicatus, ſuſpenſus, Apoſtata, Degradatus, Hæreticus poſſit pænitentem in articulo mortis abſoluere.

Reſp. affir. & hoc definitum eſt à Con. Tri. ſeſ. 14. cap. 7. his verbis. In articulo mortis omnis Sacerdos, quoslibet pęnitentes, a quibuslibet peccatis, & cenſuris abſoluere poteſt. Ratio eſt, quia cum Concilium non diſtinguat, neq; nos debemus diſtinguere, hoc tamen intelligendum deficiente Sacerdote non impedito, ac dummodo Hæreticus, ſiue Apoſtata habeat intentionem faciendi, quod facit Romana Eccleſia.

De fidelitate Confeſſarij, ſeu ſigillo. *Cap.* XXXVI.

QVam neceſſaria fidelitas (licèt non de neceſſitate Sacramenti) quantaque in Confeſſario requiratur, vel ex eo licet animaduertere, quod quocunque caſu, aut cauſa non ſeruaretur, confeſſionis, aut potius Pęnitentiæ Sacramentum deficeret tantope-

topere Eccleſiæ neceſſarium, quandoquidem Chriſticolæ in ſuſpicionē venientes quod confeſſio poſſet reuelari, ab illius religione arcerentur, hinc metaphoricos fidelitas hęc a doctoribus ſigillum fuit appellata, qua voce nos quoque vtentes de ſigillo hoc capite quatuor dicimus, quid ſit ſigillum, quotuplex, quid per illud teneamur occultare, qui eo obligentur. At primo ſigillum nihil aliud eſt, quā obligatio vel debitum occultandi aliquid, nam ſicut ſigillum continet occultam rem obſignatam in carta, vel tabula, ita obligatio occultandi aliquid ſecretum efficit, ne illud fiat manifeſtum. Secundo hoc ſigillum ſecreti diuiditur in ſigillum legis Diuinę naturalis, quod eſt obligatio a iure naturale inducta ad occultandum aliquid, & in ſigillum confeſſionis quod eſt obligatio a lege Diuina poſitiua per Redemptorum noſtrum inducta ad occultandum quod in Sacramento confeſſionis reuelatur. Inter ſe verò differunt quod ſigillum ſecreti poteſt, & debet ſæpè reuelari, quando videli-

videlicet ſuperior iubet, quando quis legitimè producitur teſtis, quando occultatio ſecreti noceret animę, corpori, honori, aut rei familiari proximi, &c. At ſigillum Sacramenti nunquam eſt reuelandum, neque opere, neque verbo, neque ſigno, neq; quouis alio modo, præterquam in vno caſu, quando qui confeſſus eſt, dat ad id facultatem, quinimmò confeſſarius qui directè, vel indirectè confeſſionem detegit, ſiue abſoluit pœnitentem, ſiue non ſemper peccat mortaliter, quamuis hoc faciat etiam timore mortis, vel gratia vitandi ſcandalum, vel commodum aliquod reportandi, vel propter quencunque alium finem ſiue bonum, ſiue malum. Tertio dico, quod ea, quæ cęlare tenemur ſunt peccata, non ſolum mortalia, ac venialia, verum etiam ipſorum circumſtantiæ neceſſariò, vel voluntariè confeſſę, & quæcunque alia, quæ licet non ſint peccata, talia tamen ſunt, quibus detectis detegi directè, vel indirectè in genere, vel in ſpecie pœnitentem cōfeſſum fuiſſe aliquod

mor-

mortale, vel in particulari aliquod veniale. Sunt etiam ſub ſigillo defectus qui ad famam pœnitentis pertinent V.G. ſi quis dicat in confeſſione ſe eſſe illegitimum, vel ſimilia, cætera ad peccatum, ſeu infamiam pęnitentis non pertinentia non ſunt ſub ſigillo. Caueat verò Confeſſarius ne quod tãtum in confeſſione audiuit dicat manifeſtando perſonam, vnde circumſtantes poſſint colligere illud in confeſſione audiuiſſe. Quarto, & poſtremò hoc ſigillum, & obligationem ſecreti ſeruare tenetur non tantum Cõfeſſarius, verùm etiam illi omnes, qui Confeſſionem Sacramentalem audierunt, intellexerunt, licitè vel illicitè, mediatè vel immediatè, ſiue ſint Clerici, ſiue Laici, ſiue viri, ſiue fęminę. Superior tantùm caſus eſt, quo Confeſſarius poteſt reuelare Confeſſionem, ſed neq; ſemper, niſi quando vergit ad pęnitentis ſalutare conſiliũ, & vtilitatem, ſecus ſi in ipſius damnũ fieret, V.G. ſi iudex cogat reum, vt det licentiam Sacerdoti reuelandi peccatum, tunc quantuncunq; ille concedat,

dat, nefas eſt Sacerdoti ſigillum aperire, quia vrgeret in caput pęnitentis. Hinc confeſſarius reuelare poteſt hęredibus, cuius ipſe audiuit confeſſionem, vt ipſi reſtituant quod ille debebat, quoniam mortuus id dixit. Talis autem, ac tanta, eſt *iſta ſigilli* obligatio, vt confeſſarius neque extra cõfeſſionem poſſit loqui cum pœniten te de ſibi dictis in confeſſione. Quòd ſi Sacerdos aliquem malè abſoluerit, quia vel non poterat, cum caſus haberet reſeruatos, vel quia tenebatur reſtitutioni, ad quam ipſe non obligauit, non poteſt id pœnitenti extra confeſſionem dicere, ſed debet pęnitentem adire, & rogare, vt iterum ſibi confiteatur, & tunc pœnitens tenetur obedire. In confeſſione dicet impedimenta; Si ſcandalum ſequatur, aut timeatur non debet adire, ſed facere quod ſuperius diximus in quęſtionibus de abſolutione, in quibus de iſto caſu expreſsè agitur. Sicut autem non poteſt confeſſarius audita in confeſſione extra ipſam dicere pęnitenti; ita cognita extra confeſſionẽ

F non

non dicat ſed cautè interroget, vt ipſemet confiteatur. Aliquando neque interroget, & tunc præſertim, ſi pœnitens inde cognoſcat confeſſarium non aliter aliquod crimen ſciuiſſe, quàm ex confeſſione alterius conſortis in crimine, ſemper verò moneat, vt dicat ſi aliud commiſit ex his.

Not. omne ſigillum confeſſionis, eſſe etiam ſecretum naturæ, non è contra. vnde illud eſt fortius iſto, & grauius peccat qui frangit primum, quã qui ſecundum, quia ille violat leges duas, hic vnam tantum.

De Quæſtionibus circa ſigillum. *Cap.* XXXVII.

An in omni caſu Miniſter teneatur ad ſigillum.

Reſp. affir. quia Sacerdos accipit loco Dei, qui occultat peccatum.

An confeſſarius iurans dicere verum, poſtea interrogatus de peccato poſſit dicere audita in confeſſione.

Reſp. negat: quia quæ nouit in confeſſione, nouit vt Deus, non vt homo,

mo, ac ſi iurat non eſt periurus, quiā iurat dicere, quę nouit, vt homo. Hinc collige pęnitentem poſſe iurare nihil dixiſſe confeſſario, intelligendo tanquam homini.

An teneatur manifeſtare interrogatus, an ſciat vt Deus ſcit.

Reſp. negat: quia non ſcit vt Deus tanquam cauſa principalis.

An debeat dicere interrogatus, ſcit ne vt Miniſter Dei.

Reſp quod debet potius eligere mortem, quàm cognita in confeſſione manifeſtare.

An confeſſarius audiens in confeſſione hæreſim, coniurationem in Remp. vel aliud graue malum teneatur reuelare.

Reſp. negat: quia non licet illi malo occurrere per reuelationem confeſſionis, verùm in ijs caſibus prudentis eſt confeſſarij, quàm diligentiſſimè pęnitentem monere vt reuelet, quòd ſi obtinere nequit, non abſoluat, & generalibus verbis eos moneat, quibus imminet periculum, vt ſibi proſpiciant, ac pericula caueant.

An poſt mortem Confeſſarius obligetur ad ſigillum.

Reſp. affir. quia oritur ex pręcepto negatiuo (ne ſis falſus teſtis) cuius vis obligat ſemper, & ad ſemper.

An confitens procuratorem religionis per adulterium bona religionis diſſipantem poſſit hoc Abbati manifeſtare.

Reſp. negat: debere autem illũ hortari, vt deſerat officium, ſecus debet ſufferre donec, &c.

An Pręlatus ob crimen in ſola Confeſſione ſcitum poſſit pœnitentem ab aliquo actu tanquam indignum repellere.

Reſp. affir. quando nulla ſuffragij negandi aſſignatur cauſa.

An Prælatus poſſit criminum in ſola Confeſſione cognitorum de nouo inquiſitionem facere.

Reſp. negat: ratio eſt, quia ius inquirendi ex infamia, vel ex ſemiplena delicti probatione naſcitur, poterit tamen tempore viſitationis diligentius vigilare ſuper gregem ſuum.

An

An Sacerdos, qui ſcit inter Iuliam, & Nicolaum eſſe affinitatem, poſſit illos matrimonio iungere.

Reſp. hoc illis eſſe diſſuadendum, ſecus coniungat.

An Sacerdos abſoluens Epiſcopum Simoniacum, poſſit dicere in confeſſione ſe talem abſoluiſſe.

Reſp. negat: ſufficit dicat ſe confeſſionem malè adminiſtraſſe.

An Sacerdos ſuperior poſſit facere inquiſitionem de peccatis.

Reſp. negat: ſimiliter ſi alicuius peccata inueniantur ſcripta.

An peccatum de futuro ſit ſub ſigillo.

Reſp. affirm. ſi illud ſacramentaliter proponat, ſecus ſi ad aliud.

An peccatum ſcitum in Confeſ. & extra dici poſſit.

Reſp. affir. quia tunc nō reuelatur, vt ſcitum in confeſſione, vnde nec eſt ſub ſigillo.

An Confeſſarius nequiens confiteri peccatum abſq; reuelatione confeſſionis poſſit tacere illud.

Reſp. affir. ea ratione quòd nullus eſt caſus quo liceat reuelare confeſ-

ſionem, niſi vnus, de quo ſupra dictũ eſt.

An Laicus, cui propter neceſſitatem confeſſio facta eſt, poſſit reuelare audita.

Reſp. negat: ratione illa, quòd res cum ſuo onere tranſeunt, atque ſimul ac confeſſio facta eſt ſub forma Sacramentali, annexam habet obligationem ſecreti, adeo quidem quòd nec iudex quicquam debet agere, aut aggredi ob famã, vel iudicium quod inde oriatur. Non eſt verò idem dicendum de eo, qui dixit aliquid amico ſub ſigillo, quoniam vtriusque non eſt par ratio.

An interpres, qui agit partes pœnitentis, qui linguam non nouit, teneatur ſigillum hoc ſeruare.

Reſp. affir. immo etiam ſi quis caſu, dolo, licitè vel illicitè audiuit alicuius confeſſionem, atque etiam is, cui cauſa conſilij petendo aliquid reuelatur, & id ob rationem ſuperius dictam.

An

Digitized by Google

An Confeſſarius reuelet confeſſionem, qui vbi duos tresue audiuit de vno eorum dicit, hic nullum habuit peccatum mortale.

Reſp. affir. quoniam indirectè ſignificat alios mortalia peccata commiſiſſe. Ille item reuelat confeſſionem, qui ſic loquitur, ille mihi confeſſus eſt multa, & grauiſſima peccata; qui item dicit publicè pęnitenti in hunc modum, amice ne de me queraris, quod negem tibi Sacramentum Euchariſtiæ, quia habes caſum reſeruatum, nam proinde eſt ac dicere, amihabes peccatum mortale, ſi quidem venialia reſeruari non ſolent.

An liceat Confeßarijs ſibi inuicem confeſſiones referre.

Reſp. negat: quia perſępe fit, vt per coniecturas pęnitentes cognoſcãtur, atque confeſſiones detegantur.

An confeſſarius frangat ſigillum, qui de publicis Concubinarijs, ac peccatoribus dicit ſe illa peccata in confeſſione audiuiſſe.

Reſp. affir. quia licet ſint publica, ea tamen reuelat, vt in confeſſione audita,

dita, quòd eſt contra ſigillum confeſſionis. Huius criminis reus cenſendus ille eſt, qui dicit, ille mihi confeſſus eſt, ſed ego eum non abſolui, ex ijs enim verbis quilibet poteſt conijcere pęnitentem confeſſum fuiſſe aliquod mortale. Ille demum infringit ſigillum, qui dicit, ego eum non abſolui, quia non vult relinquere concubinã, aut quicquam ſimile.

An Confeſſarius ſit iſtius ſigilli violator, qui dicit ego audiui confeſ. Petri, vel abſolui, &c.

Reſp. negat: quia his verbis nihil amplius dicit, quàm Petrus eſt confeſſus mihi, & ego eum abſolui, per quæ confeſſio non reuelatur, neque etiam facit contra ſigillum, qui dicit, eo ad audiendum confeſſionem Iulij, qui ſuis minutiſſimis peccatis mihi caput obtundet hic enim ſolum in genere loquitur de venialibus, quod aliter foret, ſi de aliquo veniali in particulari loqueretur.

An liceat audire multos pueros in vnum congregatos.

Reſp. ſi iam vſum habeant rationis, nullo

nullo modo licere, quia in contemptum adducitur Sacramentum, ipſi enim pueri poſteà ſuas confeſſiones alijs manifeſtant, vnde plurima proueniunt mala, quare conſuetudo hęc tanquam ſacrilega, eſt reijcienda. quod ſi vſum rationis non habent, ac ſi hoc facere neceſſitas cogat, hoc fieri poterit, & nequaquam erit vituperabile.

An Confeſſor teneatur cælare illa, quæ quis ſibi communicat nulla confitendo peccata.

Reſp. negat: licet flexis genibus, premiſſo confiteor, ac ſigno crucis dicantur, & hæc ſi acceptentur non magis obligant, quàm iuramentum, propterea Confeſſarij tenentur ea reuelare, ſi ſuper eis denunciandis fertur excommunicatio, vel vt teſtes coram iudice interrogantur, vel audita ſunt peſtifera, ac pernicioſa Reip. vel proximo, circa animam, corpus, honorē, vel bona Fortunę.

Digitized by Google

An Confeſſarius teneatur ſilere audita a confitente fictè, qui non ſpe veniæ, neq; quò ſe accuſet accederet ad confeſſionem.

Reſp. negat: idq; de ijs præcipuè intelligendum, qui accedunt, vt Confeſſarium peruertant, aut petant auxilium perpetrandis flagitijs, ac multoties vt confeſſarijs timorem inijciant dicentes ſi me moleſtes, te interficiam, &c. Quę peccata non modò non ſunt cælanda, verum ſtatim denuncianda ea ratione, quòd peccata hęc non commiſſa, ſed committenda dicta ſunt in pœnitentia, quando quis confitetur fictè, atque ad malum finem.

De Pęnitente. Cap. XXXVIII.

POſtquam de Confeſſario eiusque munere diſſeruimus, res ipſa poſtulat, vt de pœnitente pauca dicamus, tria autem conſideranda occurrunt. Primum qua ętate, & quo anni tempore fideles teneantur confiteri; Secundum quando poſſint reuelare

ſuam

ſuam confeſſionem, quando non; Tertium quod ſemper tenentur famam proximi conſeruare. Tenetur itaq; vnuſquiſque cum primùm rationis habet vſum, ac ſcit diſcernere inter bonum, ac malum confiteri peccata omnia mortalia, quę commiſerit, vt habetur in cap. Omnis vtriuſq; ſexus, de pęnitentia, ac remiſſione. Si autem peccare nihil omnino contigerit nihil erit, quod ad Pęnitentię Sacramentum accedat, ſimiliter ſi habeat tantum peccata venialia, non tenebitur pręcepto annuę confeſſionis. Verùm ratio ipſa, atq; obſeruantia incuratum exiget, vt antequam ad Eucharistiæ Sacramentum in paſchate accedat, preſentet ſe ſacerdoti, a quo ſaltem benedictionem petat. Quod verò ad tempus attinet, nequaquam ſtatutum eſt certum, verùm ſemel in anno qualibet ipſius anni parte. Quamuis autem dicatur a pleriſq; confitendum in Paſchate, haud dicitur quòd Chriſti fideles eo tempore confiteri teneantur, ſed quòd eo tempore cum teneantur ad ſumendam

ſacram Communionem, ad eam ſine peccato mortali tenentur accedere; Si verò aliquis confeſſus eſſet illo anno, nec conſcius ſibi eſſet culpæ mortalis, non eſſet obligatus confiteri, ſed ſolùm vt dixi propter decentiam, ac vitandi ſcandali gratia, deberet ſe præſentare ſuo Sacerdoti benedictionem ſacram ab eo periturus. Quod ſpectat ad ſecundum, Pœnitens non tenetur ad ſigillum, ſed poteſt peccata a ſe commiſſa alijs manifeſtare, immo etiam alijs audientibus (niſi ſequatur ſcandalum, aut aliqua vera infamia ratione habita audientium, confeſſarij, ac ſui ipſius) poterit alta voce ſuo confeſſario peccata confiteri. Etiam multi poſſunt neceſſitate vrgente vni confiteri, licet vnus alium audiat, V. G. cum periculum mortis, belli, naufragij imminet, poteſtque vnus confeſſarius ſimul omnes abſoluere. Extra tamen neceſſitatem hoc non licet, ſacrilegumque foret. Tertiò, ac poſtremò caueat pœnitens, vt ne quid contra proximi famam in confeſſione dicat, grauiſſimum enim peccatum

catum eſt lege Diuina naturali prohibitum aliena peccata ea ignoranti reuelare, quare cum pœnitentem confeſſarius præuidet velle nominare perſonas delicti conſortes, quas vel ipſe ad peccandum induxit, vel per quas ipſe fuit inductus, ſtatim occurrat, moneatq; ne quenquam nominet, ne ipſe quoq; Confeſſarius peccet infamiæ peccato conſentiendo. In caſibus verò, in quibus pœnitens ſine alterius reuelatione, & infamia non poteſt confiteri circumſtantiam neceſſariam, tunc debet potius circumſtantiam tacere, quàm proximum diffamare. Si quis obijciat non poſſe hoc fieri, propterea quòd confeſſio non foret integra. Huic poterimus reſpondere, quòd lex de non infamando proximum eſt Diuina naturalis, de integritate verò confeſſionis eſt Diuina poſitiua, vnde quando duæ leges contrariç in aliquo caſu concurrunt, in quo alterius obſeruatio eſt omittenda, tunc maior debet minori anteferri. At verò communiter omnes doctores dicunt, quando pęnitens ſine alte-

rius

tius infamia non poteſt confiteri circumſtantiam, debet procurare facultatem confitendi alteri, qui eum non cognoſcat, debetq; nomen proprium, patriam, ac profeſſionem tacere, atq; interrogatus poteſt mutare hęc enim non tenetur manifeſtare, niſi quando aliqua circumſtantia ex ijs oritur neceſſariò dicenda.

Not. hoc loco ſecundum Sanctos Thomam, & Auguſtinum, quòd quando proprius Confeſſarius huiuſmodi eſt, vt probabile ſit confeſſionem talis peccati, & circumſtantiæ illi factam profuturam, ac nullatenus obfuturam, poteſt, & debet pœnitēs illam confiteri, hoc enim non eſt infamare, ſed potius prodeſſe proximo.

De Pænitentiæ effectibus. *Cap.* XXXVIIII.

POEnitentię effectus principalis idem eſt, qui aliorum Sacramentorum non imprimentium characterem, gratiæ ſcilicet collatio per culpę remiſſionem ijs, qui in peccatis erant,

gratiæ

gratiȩ vero augmentum ijs, qui erant in gratia. Pœna autem tota non remittitur, niſi peccata pauca ſint, aut maxima ſit contritio, ſed quæ eſſe debebat æterna, mutatur in temporalem, & huius etiam pars remittitur vi Sacramēti, & abſolutionis. Effectum hunc principalem alij minus principales conſequuntur, conſcientiæ videlicet pax, & tranquillitas, nec non ſumma Spiritus Sancti iucunditas, lętitiaq; de Omnipotentis Dei recuperata amicitia. Quod ſępe ac ſæpius per Prophetam Dominus dicit; Si impius egerit pœnitentiam de omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, vita viuet, & non morietur, omnium iniquitatum, quas operatus eſt, non recordabor.

Et hæc de Pęnitentiæ Sacramento dicta ſufficiant.

De

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

De Nomine.

VErbum Sacramentum non vnam tantum habet ſignificationem, vnde antequã Sacramentorum eſſentialia aggrediamur, quę hoc loco germana, ac propria ſit, aperiẽdum eſt. Apud Iuriſtas ſignificat iuramentum, ſeu obligationem, qua iurati aliquo ſeruitutis vinculo obſtringimur; hinc vulgò dar Sacramento pigliar Sacramento. Apud ſcriptores ſacros oſtendit ſecretum, iuxta illud Thobiæ, Sacramentum regis abſcondere bonum eſt. Significat item rem aliquam ſacram, abditam, atq; occultam, extat ilud in libro ſapientię. Neſcierunt Sacramenta Dei, & illud Apoſtoli ad Timotheũ, magnum eſt pietatis Sacramentum; ad hanc rem ſignificandam græci ſcriptores myſterij vocabulo vſi ſunt, ac

etiam

Digitized by Google

etiam eccleſia in illo cantico de Eu-
chariſtiæ Sacramento, Pange lingua glorioſi corporis myſterium. Quare ſcriptores eccleſiaſtici ſacramenta dixerunt myſtica quędam ſigna, ſenſibus ſubiecta, quę ſignificant gratiam, quam efficiunt quod Deus ſua diuina virtute ſub rerum corporearum tegumentis occultè gratiam efficiat, atque hoc tertio modo in hac, de qua nunc agimus materia, Sacramentum accipitur.

Quid ſit Sacramentum.

Sacramentum ex mente D. Auguſtini ſic definitur; eſt ſignum rei ſacrę, dicitur ſignum pro genere, rei ſacræ pro differentia, pro cuius explicatione videndum, quid ſit ſignum, quotuplex, & quod ſignum dicatur eſſe Sacramentum

Quid, & quotuplex ſit ſignum.

Signum eſt quod præter rem, quã ſenſibus obijcit, efficit etiam, vt ex ſe in alterius rei cognitionem veniamus. V. G. veſtigium terrę impreſſum ſignum nobis eſt tranſiſſe aliquem, cuius veſtigium apparet. Signorum

tria

Digitized by Google

tria genera traduntur ab eodem Auguſtino. Naturalia, Inuenta ab hominibus, & Tradita a Deo.

Naturalia dicuntur, quæ prętet ſe ipſa, afferunt nobis cognitionem rei alterius, veluti fumus, ex quo ſtatim colligitur ignis,& ob id naturale dicitur, quod fumus ſua natura, non voluntate ignem ſignificat.

Inuenta ab hominibus dicuntur, quæ a nobis ſunt inuenta, vt animi noſtri ſenſus explicaremus, V. G. tuba, vexillum, quorum vſu quod volumus declaramus, & hæc varia ſunt ſecundum varias ſenſuum potentias, nonnulla enim ad oculorum, alia ad aurium pleraq; ad reliquos ſenſus ſpectant. Signa a Deo tradita duplicia ſunt, aliqua ſignificant tantum, alia ſignificant & efficiunt, in priore genere fuerunt veteris legis Sacramenta, purificationes, panis azimus &c. In poſteriore ſunt nouę legis Sacramenta conferentia gratiam, quam ſignificant.

Ex ſuperioribus ſic explicatis liquet quid in Sacramenti definitione ſignū

ſibi

ſibi velit, quod ſcilicet Sacramentum eſt ſignum a Deo traditum, habetque vim non tantum ſignificandi, ſed etiam efficiendi. V. G. in Bapt. ablutio exterior ſignificat virtute Spiritus Sācti omnes peccatorum ſordes interius elui, & animas noſtras cęleſtis iuſtitię dono contra omnes iniquiſſimi hoſtis inſidias muniri.

Quid verba illa rei ſacræ ſignificent.

In hac ſecunda definitionis parte rei ſacrę nomine intelligitur gratia iuſtificans, quę nos Deo gratos efficit. quare vera, ac germana explicatio ſuperioris definitionis erit hæc. Sacramentum eſt ſignum gratiæ diuinæ nos iuſtificantis, quod ex alijs Sacramenti definitionibus inferius poſitis clarius patebit.

Sacramenti aliæ definitiones cum explicationibus.

Aliam affert definitionem D. Auguſtinus. Sacramentum (inquit ille) eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, cuius ſimilitudinem gerit, & cauſa exiſtit; Ad hanc alia additur; eſt res ſenſibus ſubiecta, quæ ex Dei inſtitutione

tione iuſtitię, & ſanctificationis cum ſignificandę, tum efficiendę vim habet.

Superiorem definitionem Sacramenti vberius explicatam habemus apud Petrum Caniſium in ſua Chriſtiani hominis inſtitutione in hæc verba; Sacramentum eſt inuiſibilis gratię viſibile ſignum ad noſtram ſanctificationem diuinitus inſtitutum, aliud eſt enim quod in Sacramento videmus, aliud, quod in eo accipimus, ſignum videmus externum, occultam verò, & ſpiritualem gratiam, quę res dicitur Sacramenti, accipimus. Itaque interroganti quid ſit Sacramentum, reſpondere poſſumus, eſt ſignum rei ſacræ, per rem ſacram intelligendo gratiam, per ſignum ſenſibile aliquo quinque ſenſuum.

Vnde obijcienti aqua benedicta, ſignum crucis, candelæ benedictæ, & alia huiuſmodi ſunt ſigna rei ſacræ, ergo ſunt Sacramenta, reſpondebimus quod non ſunt ſigna gratiæ Sacramētalis, ſed rei alicuius benedictæ, ideo non ſunt Sacramenta.

De

De differentia Sacramentorum nouæ, & veteris legis.

Sacramenta noſtra nouæ Euangelicæ legis longè præſtantiora ſunt reliquis legis moſaycæ, quia noſtra non tantùm ſignificant, ſed etiam efficiũt gratiam, veteris autem tantùm ſignificabant.

De excellentia Sacramentorum nouæ legis.

Hāc facile eſt colligere ex eo, quòd cum nouæ legis habeant propriam formam ſignificant, quod efficiunt, veteris verò nullam habentia formā incerta omnino, atque obſcura fuerunt. Præterea Sacramenta veteris legis erant nuda, egenaque elementa, quę ſanctificabant ad emundationem carnis, non animæ, nouæ verò legis emundant corpus, atq; animam.

Quid præſiferant Sacramenta.

Quodlibet Sacramentum tria ſignificat, Chriſti paſſionem, quia Sacramenta omnia habuerunt vim ab ipſa paſſione; gratiam, quia omnia ipſam conferunt; Gloriam futuram, quia per ipſa Sacramenta ad vitam æternam nobis aditus patet, proinde

canit

canit Eccleſia de Euchariſtia. O ſacrum conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mens impletur gratia, & futuræ glorię nobis pignus datur.

De inſtitutore Sacramentorum.

Sacramentorum omnium Auctor eſt Deus, cuius ſolius cum ſit homines iuſtos efficere ipſa verò Sacramēta iuſtitię obſtinendæ inſtrumenta ſint patet eundem Deum per Chriſtum iuſtificationis, & Sacramentorum auctorem fuiſſe. Præterea cum vnius potentiæ Dei proprium ſit in corda, & mentes hominum illabi, Sacramenta verò eam vim, & efficientiam contineant, quę ad intimā penetrat animam, inde perſpicitur Sacramenta a Deo ipſo fuiſſe inſtituta; cū verò ſint de iure diuino ab ipſomet Deo tradita, neque a Pontifice, neq; a Concilio poſſunt immutari, quoad eſſentialia, licet quoad cęremonialia mutentur.

De neceſſitate inſtitutionis.

Non fuit illorum inſtitutio ſimpliciter neceſſaria, ratio eſt, quia neque Chri-

Chriſti Ieſu paſſio, ex qua habuerunt virtutem, fuit ſimpliciter neceſſaria, fuit tamen ad noſtram eruditionem, & eſt communis doctorum ſententia.

De cauſis inſtitutionis.

Eę ſeptem potiſſimum numerantur ex Catechiſmo Romano depromptæ. Prima ingenij noſtri imbecillitas, cum enim corporei ſimus, cęleſtes effectus, ac Dei occultam virtutem capere nequimus, niſi ſub tegumentis rerum corporearum. Secunda incredulitas noſtra, quandoquidē difficilè credimus quod ſignis non probatur, vnde ſicut in veteri lege cū Deus proponeret aliquid difficile, ſigna conſueuit pręmittere, ita in noua dedit ſigna iuſtificationis, & gratiæ, ſeptem ſcilicet Sacramenta. Tertia vt præſtantiſſima remedia forent ad tuēdam, ac recuperandam ſanitatem animarum noſtrarum. Quarta vt per Sacramenta fideles inter ſe coniungerentur, & diſtinguerentur ab infidelibus, quod fieri videmus in omni religionis genere, ſiue verū, ſiue falſū ſit.

Quinta

Quinta vt per ipſa notam facere-mus noſtram fidem. Sexta vt per illa nos colligatos, & Chriſti membra ef-fectos eſſe ſciremus. Poſtrema, vt per illa humanę mentis ſuperbia compri-meretur, dum ſenſibilibus elementis ſubijcitur, vt Deo ſeruiat, a quo mun-di elementis ſeruiendi gratia impiè de fecerat.

Cur Sacramenta ſeptem fuerint inſtituta.

Ad acquirendas virtutes ſeptem Theologales, & Cardinales Sacramē-ta fuere ſeptem inſtituta. Per Baptiſ-mum acquiritur fides, per confirma-tionem fortitudo ad tuendam fidem, per Euchariſtiam Charitas, per pœni-tentiam Iuſtitia per extremam vnctio nem ſpes, per Ordinem prudentia, per matrimonium temperantia.

Tradita item fuere ſeptem contra triplicem culpam, & quadruplicem pœnam; Contra peccatum originale habetur Baptiſmus, Contra mortale Pœnitentia, Contra veniale extrema vnctio. Contra ignorātiam habemus Ordinem, contra incontinentiam ma trimonium, contra deffectum Chari-

taiis

tatis Euchariſtiam, Contra imbecillitatem ad tuendam fidem Confirmationem.

Demum ſeptem tantum, nec plura, aut pauciora a Domino accepimus propter ea, quæ a naturali vita ad vitam ſpiritualem transferuntur, naſcimur per Baptiſmum, robur virium datur per Confirmationem, cibus additur per Euchariſtiam, ægritudines ſpirituales tolluntur per Pœnitentiam, reliquię earūdem per Extremam vnctionem, propagatur ſoboles per matrimonium, tandem ſupradicta omnia nobis adminiſtrantur per Ordinem.

De neceſſitate, ac dignitate Sacramentorum.

De neceſſitate abſolutè ſumpta habetur in Con. Tri. de Sacramētis Can. 4. Si quis dixerit Sacramenta noue legis non eſſe neceſſaria ad ſalutem, ſed ſuperflua, ac ſine eis, aut eorum voto, per ſolam fidem hominem a Deo adipiſci gratiam iuſtificantem. cum omnia ſingulis neceſſaria non ſint, Anathema ſit. Quod attinet ad neceſſita-

tem in particulari, non eſt eadem, Baptiſmi enim eſt abſoluta, iuxta illud ſaluatoris (Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c.) reliquorum neceſſitas eſt ſecundum quid, ſuppoſito ſcilicet quod Baptizatus viuat, & reliquis indigeat. Dignitas non eſt eadem, ſeu ęqualis, quandoquidem Euchariſtiæ Sacramentum cæteris dignitate, ac ſanctitate longè anteit.

De cauſis conſtituentibus Sacramenta.

Cauſę ſex numerantur, materialis, ſcilicet elementum, Formalis verba, efficiens Deus inſtrumentalis miniſter, finalis gratia, meritoria paſſio Chriſti.

De materia, & Forma.

Quodlibet Sacramentum conſtat duabus partibus, quæ ſunt de eſſentia & neceſſitate Sacramenti, ſine quibus Sacramēta fieri nullo modo poſſunt. Prima eſt materia, altera forma, iuxta illud D. Auguſtini, Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramētum. i. forma accedit ad materiam, hæc duo in Sacramenti definitione ſignificantur per rem ſenſibilem, quod videre licet

licet in Baptiſmo, in quo nomine rei ſenſibilis non tantùm aqua, materia ſcilicet, quæ ſub aſpectum cadit, verùm etiam verba, ideſt forma ad aurium ſenſum ſpectans demonſtratur. Materia aliud non eſt quam elementum ſenſibile, vel loco eius actus exteriores agentium, vt in Matrimonio, & Pœnitentia. Forma ſunt verba pertinentia ad perfectionem Sacramenti, quę in vnoquoque Sacramento propria aſſignatur.

De miniſtro.

Ad materiam, & formam accedit miniſter, quo vtitur Deus, tanquam inſtrumento, proinde ſiue bonus, ſiue malus, ſemper conficit Sacramentum, Dei ſcilicet virtute. At verò.

Not. aliqua Sacramenta habere ſpecialem miniſtrum, aliqua non, habentia ſpecialem ſic illi affecta ſunt, vt ſi per alium perfici attententur, nõ perficiantur, huiuſmodi ſunt confirmatio, & Ordo, quę habent Epiſcopum pro miniſtro; Item Euchariſtia, Pœnitentia, & extrema vnctio, quæ habent Sacerdotem, Baptiſmus autẽ

non habet ſpecialem miniſtrum, eò quod ſit Sacramentum neceſſitatis, ideo ſi per alium attentetur ſeruatis ſeruandis perficitur Sacramentum, licet qui baptizat, peccet baptizando extra caſum neceſſitatis. Matrimoniũ cum conſiſtat in contractu mutuo ex conſenſu viri, & mulieris, non requirit miniſtrum ex neceſſitate, ſed pro ſolemnitate, de quibus omnibus ſigillatim ſuo agetur loco.

De Intentione miniſtri.

Quantoperè neceſſaria ſit intentio miniſtri ad eſſentiam, atque effectum Sacramentorum, ea Con. Tri. verba ſeſ. 7. Titulo de Sacramentis Can. XI. declarant. *Si quis dixerit in miniſtris, dum Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi quod facit eccleſia, Anathema ſit*, ex quibus ſatis colligitur ſi non adſit debita intentio, non perfici Sacramentum, & ratio eſt, quia quando aliquid poteſt ſe habere diuerſimode ad multa, oportet per aliquid determinetur ad vnum, ſi illud effici debeat, V. G. ablutio aquæ in Baptiſmo

Digitized by Google

mo ad diuerſa poteſt ordinari, ad ablutionem, ad ſanitatem corporalem, &c. ideo oportet, vt ad Sacramentalem effectum per intentionem abluẽtis determinetur. Circa quod.

Not. primo quod exterior intentio prolatio ſcilicet verborum non ſufficit, ſed requiritur interior.

Not. 2. duplicem hoc loco poſſe aſſignari intentionem, vnam Actualẽ alteram virtualem: Actualis non eſt neceſſaria, ideſt vt miniſter ſemper cogitet, & intendat in actu effectum Sacramenti. Virtualis autem ſufficit, ideſt vt cum vadit ad Baptizandum, vel celebrandum, intendat facere quod eccleſia intendit, ita vt ſi cogitatio illius aliò rapiatur in actione, ex virtute primæ intentionis agat.

Not. 3. Si ſacerdos ex malitia in Baptiſmo, vel Pęnitentia falleret, Deum ſupplere, ipſe enim ſua infinita bonitate facientibus quod in ſe eſt, non deficit in neceſſarijs.

De ſuſcipiente.

Nihil eſt quod de ſuſcipiente in hoc Sacramentorum generali tracta-

tu quicquam diſſeram, quando de eo ſigillatim in ipſis Sacramentorum tractatibus eſt agendum.

De effectibus.

Duo Sacramentorum recenſentur effectus, gratia, & Character, Gratia eſt donum Dei, quo grati efficimur S. D. M. ad æternam vitam obtinendam, & hæc dicitur gratia Sacramentalis ad differentiam gratiæ gratis datæ, ac reliquarũ. Character eſt ſignũ indelebile a Deo animę impreſſum, cuius effectus duplex eſt. Primus vt nos aptos ad accipiēdum aliquid reddat ſecũdus vt nos ab alijs aliarum religionum gentibus diſiungat. V. G. character baptiſmi nos Chriſtianos aptos facit ad accipiendum alia Sacramenta, & ſub vno Chriſto copulatos ab infidelibus diſiungit.

Not. autem non omnium Sacramentorũ duos eſſe effectus, tria namque tantum imprimunt characterẽ, Baptiſmus, confirmatio, & Ordo, quorum duo erunt effectus enumerati reliquorum vnus tantum, ideſt gratia ex quibus colligitur differentia inter

Sa-

Sacramenta nouę legis, aliqua ſcilicet imprimere characterem, ac proinde irreiterabilia, alia non imprimere atque iterabilia eſſe.

De Cæremonÿs.

Ad Sacramentum rite conficienda adduntur cęremonię non de neceſſitate Sacramenti, ſed præcepti, quæ ſi neceſſitas cogat, poſſunt omitti, quoniam rei eſſentiam non attingunt, quæ quidem duas ob cauſas adhibentur; Quarum prima eſt vt ſancta ſanctè tractentur, atq; cum veneratione miniſtrentur fidelibus. Secunda, vt quæ Sacramentis efficiuntur, magis declarentur ac Sacramentorum ſanctitas facilius fidelium animis imprimatur. Poteſt addi tertia, vt ſcilicet intuentium animi per cęremonias ad cæleſtium rerum contemplationem erigantur.

De Sacramento Baptiſmi.

Quoniam ea eſt vis, eaq; excellentia baptiſmi, vt inter ſeptem eccleſię ſacramenta primus ei tribuatur iocus ac ſine eo cætera nihil omnino valere, & Sanctorum Patrum, & Sacrorũ

Conciliorum auctoritate decretum ſit; ratio ſanè, ordoq; ipſe poſtulat, vt abſoluto de Sacramentis in genere tractatu, ad ipſius baptiſmi primum, tum ad reliquorum Sacramentorum doctrinam tradēdam progreſſus fiat; At verò ne quicquam a nobis deſideretur, pauca de Circumciſione, ac Baptiſmo Ioannis prępónenda ſunt, quæ prępáratoria ad Chriſti Baptiſma fuere.

De Præparatorijs ad Baptiſmum.

Quatuor ea poſſunt numerari quorum duo præceſſerunt Chriſti Baptiſma, quę fuerunt figurę, Circumciſio, & Baptiſma Ioannis, duo comitantur Catechiſmus, & Exorciſmus, de prioribus nunc, de alijs ſuo loco.

De Circumciſione.

Fuit hæc baptiſmi, figura, quod D. Paulus 2. ad Coloſſenſes affirmat, Circumciſi eſtis non circumciſione manu facta in expoliatione corporis carnis, ſed in circumciſione Chriſti, conſepulti ei in Baptiſmo; ibi Paulus vocat baptiſmum circumciſionem quia ſicut circumciſio carnem, ita baptiſ-

mus

mus animam a peccato liberat hęc data fuit Abrahę, quia primò facta fuit illi de Chriſto promiſſio, & primus ſegregatus a ſocietate infideliũ, vt populus Dei a populo gentili diſtingueretur, quę fuit Iudæis ſub prę-cepto non autem illorum ſeruis, fœminę verò Iudęorum per leges naturę liberantur ab originali, fiebat antẽ Circumciſio in generationis inſtrumento, quia erat ſignum Iuſtitię, credebat enim Abraham ex ſuo ſemine Chriſtum naſciturum, & erat in remedium peccati originalis, quod in generatione contrahitur.

De Baptiſmo Ioannis.

Ritus, & modus baptiſmi Ioannis a Deo fuit. Ioannis Cap. 1. (qui miſit me baptizare, ille eſt &c.) fuit autem congrua hæc inſtitutio, vt homines ad Chriſti baptiſmum aſſueſcerent, atque vt populi ad Chriſtum per Baptiſmum Ioannis traherentur; cuius forma traditur in Actibus Apoſtolorum, fuiſſe in nomine Chriſti venturi.

De nomine Baptiſmi.

Baptiſmus, ſiue baptiſma gręcè, abſolutè ſi ſumatur, ſignificat omne ablutionis genus, quod ad paſſionem transfertur, ſi verò accipiatur prout habet rationem Sacramenti, ablutionem eam ſignificat, quæ cum ipſo Sacramento coniuncta eſt, & præſcripta verborum forma miniſtratur, deducitur a verbo græco baptizo, ideſt abluo. Vocatur etiam aliis nominibus Sacramentum fidei, quod ſuſcipientes illud fidem Chriſtianam profiteantur, Illuminatio, quia per illud corda noſtra illuminantur ad fidem Chriſti; Sãctus Chryſoſtomus dixit expurgationem, quia per baptiſmum vetus fermentum, ideſt originale peccatum expurgamus. D. Dyoniſius vocauit principium ſanctorum mandatorum, ideſt aliorum Sacramentorum, quoniam per illud ianua nobis aperitur ad cætera Sacramenta, vnde patet non aquam ipſam verùm ablutionẽ eſſe Sacramentum, dicente D. Paulo ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & alibi inundans eam, ſcilicet

cet

Digitized by Google

cet eccleſiam, lauacro aquę quod intelligendum eſt ablutione actiua ab alio facta, quia nemo poteſt ſe ipſum Baptizare.

De inſtitutione baptiſmi.

Quod ad baptiſmi inſtitutionem attinet, duo tempora notanda ſunt, vnum cum ſaluator eum inſtituit, alterum, cum paſſus fuit. Tunc fuit inſtitutus, cum a Ioanne in Iordane fuit Baptizatus, atque aquæ generandi in vitam ſpiritualem vim tribuit, vnde ſcriptum legimus, baptizatur Dominus non mundari indigens ſed tactu mundę carnis aquas mandans, vt vim abluendi habeant. Vbi Chriſtus fuit paſſus, a paſſione eius vim, & efficientiam habuit, quare poſt paſſionem, non ante Sacramenti rationē habuit.

Quando cæperit obligare.

Lex lata a Chriſto de Baptiſmo ſuſcipiendo (euntes docete omnes gentes Baptizantes eos &c.) nequaquā ſtatim cæpit obligare. Ratio eſt, quia lex nulla obligat, donec ſit ſufficienter promulgata, quare promulgatione facta in præcipuis orbis terrarum partibus,

Digitized by Google

tibus, ita vt notitia illius ad omnium aures potuerit peruenire, tunc Baptiſmus eſſe cæpit ſub precepto, & de neceſſitate ſalutis.

De neceſſitate.

Talis, ac tanti Sacramenti neceſſitas ex ipſius ſaluatoris verbis ad Nicodemum perſpicitur, ad quem interrogantem in hunc modum reſpondit, Amen, amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei; vnde doctores eccleſiaſtici Baptiſmum vocarunt primum, maximèque neceſſarium noue legis Sacramentum, ianuamque reliquorum Sacramentorum, in quam qui non intrat, celeſtis beatitudi nis expers efficitur.

Quot modis dicatur quis baptizari.

Tripliciter aliquis Baptizari poteſt, Baptiſmo flaminis, Baptiſmo ſanguinis, & Baptiſmo fluminis, iuxta illud, (tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, Aqua, & ſanguis) Baptiſmo flaminis dicuntur Baptizari virtute ſpiritus ſancti qui volunt, & cupiũt aqua ſacra ablui, verum deficiente

aliqua

aliqua re ad id neceſſaria, non abluuntur, ſed ſpiritus ſanctus virtute ſua omnia ſupplet; Baptizantur item in ſanguine ſuo, qui ſalutari aqua minimè abluti martyrium pro Chriſto ac pro eius fide ſubeunt; baptizantur demũ Baptiſmo fluminis qui per aquam, & ſacram ablutionem in Chriſtianorũ numerum adſcribuntur. Quare triplex erit baptiſmus, Flaminis, Fluminis, & ſanguinis.

Quot modis conficiatur Bap. fluminis.

Ablutio Sacramentalis conſueuit fieri tripliciter, per Aſperſionem, per effuſionem per Immerſionem. Initio naſcentis eccleſię fiebat per aſperſionem quod tanta foret multitudo Baptizandorum, vt impoſſibile eſſet, vnumquemq; ſigillatim Baptizare; neque verò dubitandum eſt, quin omnes ſacerdoti oblati forent baptizati, licet non omnes aqua attingeret, eo enim caſu Baptiſmo flaminis Baptizabantur. Per immerſionem, cum baptizatus immergitur in aquam, & per effuſionem, cum aqua ſuper caput baptizandi effunditur, quę quidem immerſio,

merſio, vel effuſio trina eſſe ſolet ád formæ prolationem accommodata, verùm in hoc miniſter ſuæ Eccleſię conſuetudinem ſeruare tenetur, niſi aliud neceſſitas facere cogat, V. G. ſi infans proximus ſit morti, vnica ſeu immerſio, ſeu effuſio ſatis erit, ſimiliter ſi in aliquo loco foret tanta multitudo Baptizandorum, quantam ſigillatim vnicus ſacerdos non poſſet Baptizare, ac periculum eſſet in mora, tunc vetus baptizandi, conſuetudo per aſperſionem poſſet ſeruari. Honeſtatis autem habenda ſemper eſt ratio adulti enim nequaquam per immerſionem ſunt baptizandi. Circa quod.

Not. 1. per ablutionem intelligi, quod debet eſſe actus ex ſe ordinatus ad ablutionem, non violentus, aut aliter factus V. G. qui morientem puerum in puteum deijceret, non baptizaret, ſed occideret, mortaliter peccaret, & fieret irregularis.

Not. 2. quod caput, in quo ſenſus vigent abluitur, niſi aliter facere cogat neceſſitas, ſi enim periclitatur in ventre matris infans, & emiſit manũ,

vel

vel pedem, poteſt Baptizari illa pars corporis, tamen ſi viuit, denuo ſub conditione eſt baptizandus, ſicut reliqui omnes baptizantur conditionaliter, de quibus incertum eſt, an ſint baptizati.

Not. 3. quod aqua debet tangere corpus, vel partem corporis, proinde in ventre matris aqua ſuper iniecta matri, non poteſt baptizari, neque alio quouis modo, niſi aqua corpus tangat.

De Baptimo conditionali.

Baptiſmus conditionalis ex Alexãdri ſummi Pontificis auctoritate, atq; laudabili eccleſię conſuetudine, tunc tantum adhibetur, cum dubium eſt, an aliquis rite Baptiſmum ſuſceperit, & etiam cum incertum eſt baptizatus ne fuerit, ſed enim perſæpe infantes inueniuntur, de quibus dubitatur, ac permulti in neceſſitate Baptizant, qui ne quidem formã ad baptizãdum ſatis norunt, quare in his caſibus baptiſmum cum adiunctione adminiſtrare licet (ſi es baptizatus, ego non te baptizo, ſi non es baptizatus, ego te bapti-

baptizo) & hæc baptizandi forma laudabilis ſemper in eccleſia fuit.

De Catechiſmo præcedente baptiſmum.

Antequam ad ſacram ablutionem veniatur, pręmittuntur Catechiſmus, & Exorciſmus, de quibus hæc dixiſſe ſatis erit Catechiſmus dicitur inſtructio in fide, cuius ratio ex multis conſtat interrogationibus, ad quas ſi Bapiizandus eſt ætate adulta, per ſe reſpondet, ſi infans, pro illo reſpondet ſponſor, ſeu patrinus, quod fieri ſolet ab eccleſia iuxta ſaluatoris præceptũ Apoſtolis; Itc in mundum vniuerſum & docete omnes gentes Baptizantes eos in nomine Patris, &c. Ex quo licet cognoſcere prius docendos, tum ſacra aqua tingendos, qui ad Baptiſmũ accedunt. Hinc factum, vt qui ſunt adulta ætate prius in loco aliquo ſacro Chriſtianę fidei doctrinam, quam in Baptiſmo profiteri debent, edoceantur.

De exorciſmo.

Sequitur exorciſmus, qui ſacris, ac religioſis verbis, precationibusque conſtat ad expellendas vires, ac poteſtatem

ſtatem antiqui ſerpentis, quò ſit, vt Sacerdos in Baptizandi faciem ter ſpiret, vt amiſſę vitę ſpiraculum conſequatur.

Quid ſit baptiſmus.

Multę quidem ex ſacris ſcriptoribus Baptimi definitiones deducuntur, ſed quando ex verbis ipſius ſaluatoris deduci poteſt, ea cęteris omnibus aptior videri debet definitio. Saluator igitur cum dicat (Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto non poteſt introire in regnum Dei) hinc fit, vt rectè, & appoſitè baptiſmus definiatur eſſe Sacramentum regenerationis per aquam in verbo, per Baptiſmum namque in Chriſto filij miſericordiæ renaſcimur, qui ex Adam filij irę fueramus nati.

De materia baptiſmi.

A nonnullis duplex iſtius Sacramẽti materia aſſignatur, proxima, & remota, remota ab ipſis dicitur aqua, proxima ablutio, verùm hæc ſententia non ſatisfacit, cum enim ablutio ſit Sacramentum, quod patet ex ipſa baptiſmi definitione ſuperius allata,

vera

Vera materia non poteſt dici ipſa ablutio; Dico igitur materiam veram, ac ſolam eſſe aquam elementarem, ſiue ea ſit fontis, ſiue paludis, ſiue dulcis, ſiue amara, modò vt dixi ſit elemẽtaris, quod colligitur ex Baptiſmo, quo baptizatus fuit Chriſtus a Ioanne in Iordane, ex quo optima deducitur baptiſmi definitio, quòd ſcilicet ſit Sacramentum in aqua verbo vitæ ſanctificata. Circa quod.

Not. in aquis artificialibus baptiſmum non tenere, neq; ſi eę adhibeantur aquę, quę per ebullitionem, ſeu aliam rerum admiſtionem ſuam naturam amiſerint, V. G. cum quid tertium factum eſt ratione rerum immiſſarum in ipſam aquam, quare ſi aquæ admiſceatur cinis, caro, roſę, vnde ſit factum lixiuium, brodium, atq; aqua roſacea, ijs nullo modo vtendũ eſt, ac ſi quis vtatur, nullo modo baptiſmus tenet, ratione ſuperius dicta, vnde colligitur aqua ſulphurea, ex luto expreſſa poſſe confici Baptiſmum, non autem ſputo, ſudore, alijsue aquis expreſſis ex herbis, quia iſtæ non ſunt

aquæ

aquę elementares, illę autem ſic.

Cur aqua tantum ſit baptiſmi materia.

Plures quidem rationes de hoc ſolent afferri, eæ autem tres præcipuè numerantur. Prima eſt quòd cum omnibus ſiue vlla exceptione hoc Sacramentum ſit neceſſarium, idcircò aquę materia, quæ facile vbique habetur, maximè idonea fuit. Secunda eſt, quia aqua baptiſmi effectum in primis ſignificat, ſicut enim ſordes abluit, ita etiam baptiſmi vim, atque efficientiam, qua peccatorum maculæ eluuntur, optimè ſignificat. Tertia accedit ratio, eaq; eſt, quòd quemadmodum aqua refrigerandis corporibus aptiſſima eſt; ſic per Baptiſmum cupiditatum ardor magna ex parte extinguitur.

Quod ſi quiſquam obijciat a Ioanne Baptiſta: dictum eſſe, baptiſmi materiam eſſe ignem, inquit enim Ioannes venturum eſſe Dominum, qui baptizaret in Spiritu Sancto, & igne, vt habetur apud Euangeliſtam Mathęũ; Ad hoc reſpondendum eſt hoc de baptiſmi materia non eſſe intelligendũ,

ſed

ſed de virtute Spiritus Sancti, quod alibi Chriſtus Dominus noſter prædixit, cum dixit. Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabini ſpiritu ſancto &c.

Cur aquæ Chriſma admiſceatur.

Licèt aqua ſimplici, & naturali, quæ nihil admiſtum habeat baptiſmus poſſit miniſtrari, tamen in eccleſia catholica ſeruatum ſemper fuit, ex traditione Apoſtolorum, vt cum ſolemniter baptiſmus conficitur, aquę etiam ſacrum chriſma miſceatur, quo quidem & baptiſmi effectus magis declaratur, & Chriſti nomen in baptizatis magis elucet, a quo Chriſtiani tūc primùm appellari incipiunt.

De forma Baptiſmi.

Sunt qui triplicem huius Sacramenti formam eſſe dicant. Latinorū (ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti) Gręcorum, (baptizetur ſeruus Chriſti in nomine Patris, & filij, & ſpiritus ſancti) & ſub dubio, ſeu conditionalem (Si es baptizatus, ego non te Baptizo, ſi non es baptizatus, ego te Baptizo

Digitized by Google

ptizo in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti) Quæ quidem diniſio non eſt in formas diuerſas ſubſtantiales, verùm accidentales præciſa enim Baptiſmi forma ſubſtantialis eſt prima Latinorum, patet Matthei vltimò, vbi expreſsè legitur. Euntes docere omnes gentes baptizanteseos in nomine Patris &c. Reliquæ duæ non ſunt ab hac diſtinctę niſi accidentaliter quātum ad quædam verba, prout ex ipſis facile eſt colligere. Hęc autem forma perfecta, & abſoluta perſpicitur, ſed enim actio miniſtri in ijs verbis exprimitur (Ego Baptizo) tum perſona illius, qui baptizatur in eo pronomine (te) & diſtincta diuinarum perſonarū nomina adduntur (In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti Amē) Quod attinet ad hanc formam.

Not. 1. neceſſe, vt ſimul ſit cum ipſa materia, neque enim prius aut poſterius, verba ſunt proferenda, quàm materia adhibeatur, at verò ſi quis verba ſubiungeret poſt ablutionem, vel proferret ante, non baptizaret, ſed tamen non eſt neceſſaria talis ſimultas,

vt

vt in eodem inſtanti materia, & forma incipiant, licet enim poſt vnam vocem emiſſam aqua effunderetur, vel ante, id non redderet baptiſmum nullum.

Not. 3. quod forma nullo modo debet ita variari, vt ſenſus verborum mutetur, tunc enim non eſt forma, & conſequenter nec baptiſmus. Quod verò ad hoc attinet; Doctores dicunt ſex modis variari ſenſum, ſubtractione verborum, Additione, Variatione, Trāſpoſitione, Corruptione, Interruptione. Subtractione, ſi demantur eſſentialia quæ ſunt omnia præter illa (ego, Amen) Additione, ſi aliquid addatur contra fidem, vnde qui diceret In nomine Patris maioris, filij minoris, &c non baptizaret, at ſi quis diceret ego indignus peccator baptizo te Petrum in nomine Patris Omnipotentis, in nomine filij ſapientis, & in nomine Spiritus Sancti diligentis, baptizaret. Variatione ſi verba in terminos Synonimos variata non idem ſignificēt. Hinc Idioma Germanicum, Gallicum, Hiſpanū, & quoduis aliud

non

non impedit formam, immo optimũ eſt in neceſſitate baptizantes Latini ſermonis ignaros natiuo ſermone proferre, non item impedit variatio ratione dignitatis facta. V. G. Ego baptizo vos, veſtrã dominationem, vel ſi loco baptizo dicatur abluo, lauo, vel ſi verba in paſſiuas voces vertãtur, quia hæc ſenſum non mutant, per conſequens vera eſt forma. Si dicatur in nominibus, non nomine, baptiſmus non valet, quia nomen ibi ſignificat virtutem, poteſtatem, maieſtatem, quę omnia ſunt vnum in tribus perſonis. Si dicatur in nomine Trinitatis, perſonis non expreſſis, non tenet Bap quia perfectum non habet ſenſum; ſi dicatur in nomine Chriſti, ſimiliter nõ tenet, quia licèt Apoſtoli dicantur baptizaſſe hac forma, id tamen nobis non licet, quia illi ex ſpeciali reuelatione hoc fecerunt. Tranſpoſitione, ſi verba ita confundantur, ac de loco in locum mutentur, vt quid illa ſignificẽt, prorſus ignoretur. Corruptione, quæ conſiſtit in linguę impedimento, quę ſi tanta eſt, vt ſecundum communem intel-

intelligendi modum, non percipiatur, tūc non eſt vera forma. Demum Interruptione, quæ poſita eſt in mora proferendi ipſam formam, quæ ſi tanta eſt, vt apud viros peritos ferenda non ſit, irritam facit formam.

Not. 3. nihil licere addere, ſubtrahere, variare, tranſponere &c. ſine graui culpa; quòd ſi quis horum aliquid facit intentione inducendi nouum ritũ in eccleſiam, eſt hæreticus.

Not. 4. quod attinet ad græcorum formam, eos ſubticere miniſtrum, quod fit ab illis, vt auferatur error illorum, qui putant miniſtrum eſſe cauſam principalem, quos reprehendit Paulus, dicebant enim ego ſum Pauli, ego autem Apollo, &c. Eſt etiam obſeruandum, quod ſi quis baptizaret forma græca, verè baptizaret, licèt multi negent, verum peccaret non ſeruans morem, & præceptum ſuæ Eccleſiæ. Valeret item ſi quis diceret, ego te baptizo ſeruum Chriſti, vel etiam Chriſtus baptizat hunc ſeruum ſuum, nam Græci ita intelligunt, cum dicunt (Baptizetur ſeruus Chriſti, id-
eſt

eſt a Chriſto, quod a Chriſto communicatur gratia.

De miniſtro Baptiſmi.

Miniſter, qui Baptizat, ac fungitur legatione Chriſti in Baptizando eſt Sacerdos, ideſt Presbiter Sacerdotij dignitate inſignitus, & ratio eſt, quia per Baptiſmum diſponitur homo ad Euchariſtiam accipiendam, & eius eſt ad Euchariſtiam diſponere, cuius eſt illam conſecrare. Quare primum locum in miniſterio Baptiſmi obtinēt Sacerdotes, ſecūdum Diaconi, quibus conuenit ſolemniter baptizare vel in abſentia presbiteri, vel ex eiuſdem precepto, neceſſitate tamen imminente; & hoc fuit definitum a Gelaſio Papa; Tertium, ac poſtremum locum obtinent, qui neceſſitate cogente ſine ſolemnibus cęremonijs Baptizare poſſunt, atq; hoc in numero ſunt omnes etiam de populo, ſiue mares, ſiue fœminæ, ſiue Iudęi, ſiue infideles, & Hęretici, ſi tamen habeant propoſitum id efficere, quod eccleſia catholica in ea adminiſtratione efficit, & eſt decretum Con. Tri. ſeſ. 7. Cant. 4. At verò

H certus

certus ordo miniſtrorum ſemper eſt ſeruandus, nunquam enim mulier baptizabit præſente viro, nec laicus pręſente clerico; nec clericus præſente Sacerdote, quanquam obſtetrices laudandæ ſunt, quę baptizant præſentibus viris, qui baptiſmi conficiendi periti non ſunt. Miniſter igitur ex officio, tantummodo eſt Sacerdos, non omnis, ſed Curatus, aut Parochus, reliqui dicuntur miniſtri ex neceſſitate, quæ quidem neceſſitas duplex eſt, vna ſecundum legem ordinariam Dei, altera ſecundum ſupernaturalem Dei ordinationem. Miniſtri ſecundum communem Dei legem ſuperius ſunt enumerati, ſecundum ſupernaturalem Dei ordinationem poſſunt eſſe Angeli, aut animæ extra corpora quæ ex diuina voluntate poſſunt baptizare, vnde niſi conſtet eſſe bonum Angelum, vel animam ſanctam, Baptiſmus cenſendus non eſt. Circa quod.

Not. 1. in miniſtro eſſe neceſſariam intentionem faciendi quod facit eccleſia, vnde licet infidelis non crederet ſe quicquam boni facere, & cum irri-

irriſione Baptizaret, ſi ad petitionem Baptizandi intenderet facere id, quod facit eccleſia Romana, verè Baptizaret.

Not. 2. miniſtrum debere eſſe tantùm vnum, non plures, quare ſi vnus eſſet mutus, qui non poſſet proferre verba, alter careret manibus, & non poſſet aquam effundere, & vnus vnũ, alter alterum pręſtaret, non eſſet Baptiſmus, & ratio eſt, quia verba notant exercitium actus ab vno tantum agẽte, at verò ſi plures Baptizarent eumdem proferendo hanc formam, (Nos te Baptizamus, &c) tunc quando vnus ipſorum habet intentionem Baptizandi independenter ab alio, verè Baptizaret, ratio eſt, quia miniſter eſt integer, quoad materiam, formam, & intentionem, quę ſunt de neceſſitate Baptiſmi, & ſeruatur ſenſus formę cõſuetæ, nam nos te Baptizamus æquipollet huic, ego te Baptizo, at verò ſi quis intenderet baptizare dependentes ab alijs, non baptizaret.

Not. 3. poſſe aliquando Baptiſmum ſuſcipi potius a laico, quam a Sacerdo-

te, ſi parochus nollet Baptizare niſi accepta pecunia in pretium, quod eſt Simonia, tunc enim ſi baptizandus eſt paruulus, Baptizetur potius a ferēte, ſi adultus petat ab alio, etiam īfideli, ſi nullus adeſt, eligat potius mori cùm Baptiſmo in voto, per quem ſaluatur, de hoc videatur Toletus.

De ſuſcipiente Baptiſmum.

Lex a Domino tradita, & per Apoſtolos promulgata de Baptiſmo ſuſcipiendo, indifferenter obligat omnes vtriusque ſexus viros, ac mulieres, adultos, atque infantes, etiam in ventre matris ſanctificatos ratione præcepti, licet ij morientes ante Baptiſmum ſalui forent propter gratiam. Eſſe autem abſolutè abſque vlla adiunctione neceſſarium teſtantur Chriſti verba ad Nicodemum. (Niſi quis renatus fuerit, &c.) idipſum colligitur ex verbis ad Apoſtolos (euntes docete omnes gentes, & qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. De paruulis dicebat Chriſtus ſinite paruulos venire ad me, talium eſt enim regnū cęlorum, quibus Baptiſmus remediū

eſt

eſt cõtra originale peccatum,atq; gratiam tribuit, non quia mentis ſuæ aſſenſu credant, ſed quia vel parentum fidelium, vel vniuerſæ ſocietatis ſanctorum fide muniuntur. Circa quos.

Not. 1. Si ſint filij infidelium ſui iuris, ac non ſerui, eos non eſſe Baptizandos contra ſuorum parentum voluntatem, quoniam iure naturę ſunt parentum ipſorum, atque ſub illorum cura ſunt relinquendi, donec habeant vſum rationis, qui etiam volentes baptizari, inuitis parentibus ſunt baptizandi.

Not. 2. paruulos recenter natos, qui publicis in locis expoſiti inueniuntur, de quibus ignoratur an ſint Baptizati, Baptizandos eſſe ſub conditione, quod idem affirmandum eſt de adulto apud exteras nationes nato. Cum paruulis computantur adulti in natiua amentia exiſtentes, hi enim ſicut pueri etiam repugnantes poſſunt Baptizari, at verò ſi amentes ſint non a natiuitate, ſed habent vſum rationis, ac interualla ab amentia, nequaquam ſunt baptizandi in amentia, niſi tem-

pore vſus rationis petierint ac voluntatem Baptiſmi habuerint, tunc enim ratione intentionis virtualis poſſunt baptizari, quod idem de dormientibus dicendum.

In adultis tria requiruntur, intentio ſuſcipiendi Baptiſmum, fides, & dolor de peccatis commiſſis, quę non pari modo neceſſaria ſunt, intentio enim ita eſt neceſſaria, vt ſi deſit, vel actualis, vel virtualis, non ſit Baptiſmus. Fides eſt neceſſaria ad recipiendam gratiam Baptiſmi, non characterem, vnde' ſi quis accedens ad baptiſmum nõ crederet vni, vel pluribus articulis fidei, hic reciperet characterem, non autem gratiam, donec errorem deponeret. Dolor etiam de peccatis eodem modo neceſſarius eſt ad gratiam, non ad characterem, vnde ſi aliquis cum actuali voluntate peccandi accederet, ſed tamen cum debita intentione, reciperet characterem, ſed non gratiam, donec confiteretur de fictione, & peccato tali, cum recepit Baptiſmum, ſciendum tamen eſt, quòd qui fictè accedunt, & poſtea per confeſſio nem

nem remouent fictionem, non dicuntur peccata ante Baptiſmum commiſſa confiteri, ſed obicem remouere, quo ablato, Baptiſmus dat gratiam, circa adultos infidelium.

Not. eos poſſe ad baptiſmum compelli per mortem ciuilem, vt eſt exilium, non autem per mortem corporalem, quod factum legimus in regnis Hiſpaniç, & apud Chriſtianiſſimos imperatores, qui iſta lege præceperunt.

Aduerte, ſi monſtrum duplicatis partibus corporis offeratur ad Baptiſmum, tunc ſi probabile videtur duos eſſe infantes, alterum abſolutè, alterum ſub conditione Baptizandum, ſecus ſi vnus tantùm appareat.

De patrinis, ac ipſorum munere.

Quoniam ſuperius diximus, cum de ſacramentis in genere ageremus, per ſacramēta in vitā ſpiritualem nos generari, ac verè baptiſmus eſt ſpiritualis generatio, propterea ſicut qui in hanc vitam editur, nutrice, ac pedagogo indiget, quorum opera educetur, ac doctrina, boniſq; artibus eru-

diatur, ita neceſſe eſt, vt qui vitam ſpiritualem viuere incipiunt, alicuius fidei, ac prudentiæ committantur, a quo Chriſtianæ fidei pręcepta percipiant, quare pręter Sacramenti miniſtros patrini etiam ad Bap. requiruntur, olim ſuſceptores, ſponſores, ſeu fideiuſſores a ſcriptoribus eccleſiaſticis nũcũpati; hæc verò cura ad Paſtores, & Parochos non ſpectat, cum tempus illis non ſuperſit ad pueros in fide erudiendos, neq; ad naturales parentes, vt ex eo magis appareat, quantùm hæc ſpiritualis educatio a carnali diſtet. Patrinorum munus eſt pueros in fide erudire, ſemperq; curare, vt tales euadant, quales eos futuros ſolemniter ſpoponderunt, de quibus ſic loquitur D. Auguſtinus; debent pueros admonere, vt caſtitatem cuſtodiant, iuſtitiã diligant, charitatem teneant, ante omnia ſymbolum, & orationem dominicam doceant, decalogum etiam, & Chriſtianæ religionis prima erudimenta.

De patrinorum numero.

In baptiſmo deſideratur aliquis vir, ſiue

ſiue fęmina, vel ad ſummum vnus, & vna, qui Baptizatum leuent de ſacro fonte, neq; plures eſſe poſſunt, quod definitum eſt in Con. Tri. ſeſ. de reformatione cap. 2. quod quidem ſtatutũ fuit, ne inter plures ſpiritualis affinitas contraheretur, quæ matrimonium impediret, quod ſi alij vltra dictos tetigerint baptizatum, cognationem ſpiritualem nequaquam cõtrahunt. Circa quod.

Not. hęreticos, Iudeos, & infideles omnes ab hoc munere omnino prohiberi, quippe qui in ea cogitatione, eaq; cura ſemper verſentur, vt Chriſtianam religionem euertant, Monaci item, ac religioſi regulares paterque ac mater Baptizati non poſſunt ſuſcipere puerum de ſacro fonte, quia monaci, ac religioſi non ſunt ſui iuris, ac non poſſunt ſatisfacere huic muneri, parentes, quia impediretur redditio debiti matrimonialis; tandem non baptizati hoc munus ſuſcipere prohibẽtur, quia non poſſunt in Sacramentis participare.

De cognatione ſpirituali, quæ contrahitur per Baptiſmum.

Quia de hac inferius agendum eſt in tractatu de matrimonio, ideo nihil hoc loco dicendum videtur.

De eff. ctibus Baptiſmi.

Principales baptiſmi effectus duo ſunt gratia, & character, gratia tollit totam culpam originalem, & actualem, omnem etiam pœnam in alia vita pro peccatis luendam, quod ſtatutum eſt in Conc. Tri. ſeſ. 3. Si quis per Ieſu Chriſti &c. Aduertendum verò non tolli per gratiam pœnam temporalem in hac vita, pęna enim mortis inflicta propter peccatum originale, fames, ſitis, & aliæ calamitates non auferuntur per Bapti. Character eſt qui nobis copiam facit recipiendi alia Sacramenta, vt ſuperius diximus. Sunt alij effectus nō principales, & poſſunt dici ablatio irregularitatis auffert enim Baptiſmus omnes irregularitates ante ipſum pręter bigamiam; Apertio ianuę cęleſtis, quia per baptiſmum culpa, & pœna, quæ nobis ſunt impedimento ad cælum, tolluntur, infuſio

fuſio virtutum moralium, vt putà prudentię, iuſtitiæ, fortitudinis, charitatis &c. quibus virtutum muneribus anima noſtra augetur, atq; ornatur.

Not. verò ex Catechiſmo Romano per Baptiſmum non tolli debitum cõtractum, nullum item per Baptiſmũ a morte liberari, licet Iudices hoc facientes in fauorem Sacramenti laudandi forent.

De ſolemnitatibus, & cæremoniis Bap.

Inſtitutæ fuere multæ cær. moniæ in iſtius Sacramenti adminiſtratione quę cum plenę myſteriorum ſint, nequaquam hoc loco ſunt omittendę.

In primis baptizandus ad fores eccleſię ſtatuitur, atque ab introitu prohibetur, neq; admittitur, niſi interrogetur quid velit, vnde ad Catechiſmũ venitur, idq; fit, quòd indignus ſit, qui domum Dei ingrediatur, antequam a Dęmonis ſeruitute receſſerit . ex nde ſal in eius os immittitur, vt fidei doctrina imbutus a putredine peccatorum liberetur; ſigno pręterea crucis membra ſignantur, ideſt frons, oculi, pectus, humeri, & aures, vt ſen-

ſus aperiantur, ac roborentur ad Dei pręcepta intelligenda, ſeruandaque tum nares, & aures ſaliua liniuntur, poſteaque ad baptiſmi fontem mittitur, vt quemadmodum cæcus euangelicus oculos luto illitos ſiloes aqua abluit, lumenque recuperauit; ſic baptizandus ſacra ablutione cæleſte lumen recipere valeat. Inſuper ad baptiſmi fontem baptizandus ter interrogatur, Abrenuntias Satanæ, & omnibus operis eius, & omnibus pompis eius? ille verò, aut illius nomine Patrinus ad ſingulas, interrogationes reſpondet, Abrenuntio, quo ſignificatur Baptizandum id religioſè debere polliceri, ac perficere. Ad hæc interrogatur de articulis fidei, nec non, an velit baptizari, vt ſciatur Dominum nullũ ad ſuorum militum numerum adſcribere, niſi voluntarium, quibus peractis, ablutio ſacra aqua prius benedicta conficitur, poſteaque Sacerdos Chriſmate ſummum verticem baptizati vngit, vt pateat; ipſum baptizatũ ab eo die Chriſmate, a quo Chriſtus dicitur, vnctum Chriſto capiti coniungi.

iungi. Veſte poſtmodum alba induitur, qua oſtenditur nitor, & pulchritudo animæ a peccatis, & peccatorum maculis ablutæ. Cereus accenſus in manum eiuſdem Baptizati vel patrini traditur, vt declaretur Charitas in baptiſmo acquiſita.

Demum alicuius ſancti nomen baptizato imponitur, cuius vitam imitetur, cuiusq; precibus adiutus in Chriſtiana religione proficiat.

Not. autem ex Decreto Papæ Pauli Quinti Baptizandum nunc ſignari tantùm in fronte, & pectore. Cuius rei ea poteſt reddi ratio; Quòd in iis potiſſimùm partibus capite ſcilicet, & corde præualeant ſenſus omnes.

De Sacramento confirmationis, eiusque neceſſitate.

Non pauci ſunt, qui Sacramentum hoc tanquam minimè neceſſarium ſuſcipere omnino intermittant, ij verò quanto bono ſe priuent, & quam grauiter peccent, Sancti Pontifices Melchiades, Vrbanus, Fabianus, Euſebius, atque in primis Clemens in ſuis Epiſtolis apertiſſimè declarat Epiſtola

la 4. ad Iulianum cum inquit, Omnibus feſtinandum eſt ſine mora renaſci Deo, & demum ab Epiſcopo conſignari, & ſeptiformem gratiam ſpiriti ſancti percipere, cum alioqui perfectus Chriſtianus eſſe nequeat is, qui iniuria, ac voluntate, non autem neceſſitate Sacramētum hoc prætermiſerit, quare hoc loco de huius Sacramenti natura, vi, & dignitate agetur, ſi prius quid nomen ipſum ſignificet, dixerimus.

De nomine.

Confirmationis vocabulum ab eo deducitur, quòd huius Sacramenti virtute in nobis Deus id confirmet, quod Baptiſmo operari cæpit, noſque ad Chriſtianæ ſoliditatis perfectionem confirmandam, atque augendam adducat, quod ſāctus Melchiades teſtatur ijs verbis. Spiritus ſanctus, qui ſuper aquas ſalutifero illapſu deſcendit, in Confirmatione augmentum præſtat ad gratiam, quod idem ſaluator expreſſit, cum de hoc Sacramento loqueretur, ſedere in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.

Quis

Quis fuerit auctor, & quando fuerit inſtituta confir.

A Chriſto inſtitutum hoc Sacramentum fuit, & ratio eſt, quia nullus a Chriſto poteſt dare gratiam, atque ita nullus ab illo poteſt Sacramenta inſtituere Inſtituit quando dixit Apoſtolis Ioannis 16 (Niſi ego abiero, Paraclitus non veniet ad vos) vbi promiſit ſpiritus ſancti plenitudinem, quæ datur per confirmationem.

Ex quibus deducitur, Sacramentū hoc nihil habere reſpondens in veteri teſtamento, quia in eo datur ſpiritus ſancti plenitudo, quæ non erat danda ante Chriſti reſurrectionem & aſcenſionem iuxta dictum D. Ioannis ſuperius alatum.

An ſit ſub præcepto.

Confirmatio neque eſt de præcepto diuino, neque eccleſiaſtico, non eſt de præcepto diuino, quia nihil de ea præcepit Chriſtus, quemadmodū de Bap. Euchariſtia, & pœnitentia, nō eſt de præcepto eccleſiaſtico, quia de ea eccleſia nihil determinauit, ſicut de quadrageſimali ieiunio, & reliquis

die.

diebus ieiunij, peccat verò mortaliter qui hoc Sacramentum per contemptum pretermittit, nam eſt ſacrilegiũ, qui enim contemnit Sacramenta, cõtemnit & Chriſtum Sacramentorum auctorem.

Not. verò ante omnem ordinationem Confirmationis Sacramentum eſſe ſuſcipiendum iuxta decretũ Con. Tri. Cap. 4. ſeſ. 13. At verò qui non facit ſe confirmare ante ordinationem peccat, Cenſuram autem nullam incurrit, tum quia eius omiſſionis negligentia non eſt mortalis, tum quia nullo iure id cauetur, neque concilium addit vllam pœnam.

Quid ſit confirmatio.

A Petro Caniſio Doctore Theologo Cap. de Sacramentis ſic definitur. Eſt Sacramentum collatum ab Epiſcopo baptizatis, in quo per ſacrum Chriſma, & verba ſacroſancta augetur gratia, & robur ſpiritus additur, cũ ad firmiter credendum, tum ad nomen Domini, quando ſic eſt opus, liberè confitendum Ex qua quidem definitione patet, de hoc Sacramento

ea

ea omnia eſſe tradenda, quæ de baptiſmo tradita ſunt, Primò igitur dicendũ erit de materia.

Quæ ſit materia Confir.

Ea eſt Chriſma, quo nomine ſignificatur tantummodo vnguentum illud, quod ex oleo, & balſamo ſolemni conſecratione Epiſcopi conficitur, qua materia aptè exprimitur, quod in hoc Sacramẽto fit, oleum enim quod natura ſua manat, ac diffluit, ſignificat plenitudinem gratiæ, quæ per ſpiritũ ſanctum in confirmatos effunditur, quemadmodum in pſalmis legitur (ſicut vnguentum, quod deſcendit in barbã barbã Aaron vſq; in oram veſtimenti eius) balſamum verò odore ſuo præſefert virtutum ſuauitatem effuſam in Chriſti fideles, vt meritò Apoſtoli queant dicere (Chriſti bonus odor ſumus) circa quod.

Not. 1. balſamum non eſſe de neceſſitate Sacramenti, verùm præcepti.

Not. 2. Chriſma debere conſecrari de neceſſitate Sacramenti, licet namque benedictio vel conſecratio aquæ

non

non ſit de neceſſitate Bap. ea tamen eſt de neceſſitate confirmationis.

De forma confir.

Huius Sacramenti forma expreſsè definita eſt in Conc. Tri. (Signo te ſigno crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & filij, &c. Ex quibus patet confirmationem eſſe faciendam in formam crucis, vt ſcilicet miniſter crucis ſignum in ſuſcipiente in fronte depingat, alioqui Sacramenti forma eſſet falſa. Patet item Chriſmatis in fronte eſſe vnctionem faciendam ita, vt ſi alibi fiat, nullum ſit Sacramentum, habetur enim in Conc. Flo. quod ideo in fronte eſt facienda, vbi verecundiæ ſedes eſt, ne Chriſti nomen, & præcipuè eius crucem confiteri confirmatus erubeſcat.

De miniſtro.

Ex Con. Tri. ſeſ. 7. patet, ſolum Epiſcopum confirmationis eſſe miniſtrũ ex diſpenſatione autem Papę poteſt etiam ſimplex Sacerdos. Circa hoc.

Not. Epiſcopos poſſe tantùm confirmare illos, qui ſunt ſuæ Diæceſis, licèt, ſi confirment, Sacramentum teneat;

neat; ex quo colligitur, neque Archiepiſcopos in viſitatione debere confirmare ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, ratione proximè dicta.

De patrinis, & cognatione ſpirituali, quæ contrahitur.

Quemadmodum in baptiſmo, ita in confirmatione aſſumitur patrinus, qui debeat confirmatum in pugna ſpirituali erudire; nam ſi in bello temporali veteranis militibus inſtituendum eſt tyrones, quibus iſti[illegible]em ſuam tueri, & aduerſarium conficere poſſint; multò magis fideles ducibus indigebunt, cum in ſpirituale certamen, cui ſalus ęterna propoſita eſt, ingrediuntur. De cognatione ſpirituali per confirmationem nihil nunc eſt dicendum, dicemus, cum de impedimentis matrimonij agetur.

De ſuſcipiente.

Baptizatis omnibus, viris, mulieribus, adultis, paruulis, ac etiam conſtitutis in articulo mortis hoc Sacramētum neceſſariò eſt ſuſcipiendum, quo baptizati Epiſcopo ſpiritualis militiæ duci exhibiti atque militię Chriſtianę adſcri-

adſcripti in hoc mundo conſequantur gratiam, atq; in reſurrectione perfectiores appareant, iuxta illud ad Epheſios (donec occurramus in virum perfectum, in menſuram ętatis plenitudinis Chriſti) At verò non ſuſcipiẽtes non peccant mortaliter, niſi per contemptum omittant. Ratio eſt, quia neceſſitas confirmationis non eſt abſoluta, vt eſt Baptiſm. ſed perfectionis, quod explicat Hugo de ſancto Victore his verbis. Omnino periculoſum eſſet aliquem ab hac vita decedere abſque confirmatione, non quia damnaretur, niſi fortè per contemptũ omitteret, ſed quia perfectionis detrimentum pateretur.

De effectibus.

Effectus iſtius Sacramenti duo recenſentur gratia, & character, vt ſuperius in tractatu de Sacramentis declaratum fuit.

Not. autem, quod in primitiua eccleſia confirmatis viſibiliter dabatur ſpiritus ſanctus, accipiebant namque aliqua dona ſupernaturalia, quod quidem tunc ęrat neceſſarium, aut potius expe-

Digitized by Google

expediens, vt facilius homines ad Chriſtianam religionem traherētur; nunc iſta miracula neceſſaria non ſunt, cum Euangelium ſit ſatis promulgatum.

De Cæremonijs, ac tempore, quo confertur.

Ad eſſentialia, quæ in iſtius Sacramenti adminiſtratione adhibentur, de quibus dictum eſt ſuperius, accedunt aliæ cærenronię. Linteo confirmati caput ligatur, donec Chriſma exſiccetur ob eiuſdem venerationem; impingitur alapa, ſeu manu in maxilla cęditur, vt & illius fortitudo probetur, & induatur Chriſti veſtibus, quę ſunt alapæ, & iniuriæ, demum pax ei datur, vt intelligat cęleſtis gratiæ plenitudinem, & pacem ſe conſecutum. Quod attinet ad tempus, licet diuerſis anni temporibus ſoleat conferri, Pentecoſtes tamen tempore præcipuè adminiſtratur, cum Apoſtoli ſpiritus ſancti virtute cælitus roborati, atque in fide ſunt confirmati. Et hæc de Sacramento confirmationis dicta ſufficiant.

De

De venerabili Euchariſtiæ Sacramento.

Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum tertium in ordine Sacramẽtorum ſortitum eſt locum; De quo eò magis accuratè, ac diligenter nobis eſt agendum, quò magis cæteris ſanctitate, atque excellentia anteit. Præmiſſis igitur paucis de nomine, inſtitutione, atque inſtitutore, tripliciter talis, ac tanti Sacramenti naturam, ac vim explicabimus primo videbimus, quid ſit vt conſecratio a Sacerdote facta. Secundo vt eſt hoſtia conſecrata. Tertio vt eſt eiuſdem hoſtiæ ſumptio.

De nomine.

Scriptores eccleſiaſtici Euchariſtię eſſentiam, atque effectus conſiderantes varijs nominibus appellarunt, nomen autem omnium, principale eſt Euchariſtia, quod grecum latinè redditur vel bona gratia, vel gratiarum actio, deductum ab Εὐ, quod benè, & χάρις, τος. quod gratia interpretatur, & dicitur vel bona gratia, quod Chriſtũ, qui eſt vera gratia, aut potius gratiarũ fons, in ſe contineat; vel gratiarum actio, quod Chriſti fideles Sanctiſſimũ

Chriſti

Digitized by Google

Chriſti corpus ſumentes gratias Deo agant pro collatis in ſe beneficijs. Vocatur etiam communio, quod ſe ipsũ Chriſtus per hoc Sacramentum nobis cõmunicet, vnde Apoſtolus ad Corint. Calix benedictionis, cui benedicimus, non ne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis, quem frangimus, non ne participatio corporis Domini eſt? ex quo factum eſt, vt a Con. Tri. in præfatione de Euchariſtia dictum ſit Sacramentum vnitatis, & pacis, qua inter ſe Chriſtiani coniunguntur, & copulantur. Cænę etiam ſacræ nomine appellatum fuit a S Cypriano in libro de Cęna Domini. Viaticũ etiam optimè dictum fuit, hoc enim ſpirituali cibo in huius vitæ peregrinatione ſuſtentamur, & ad cęleſtem patriam viam nobis certam, ac facilem paramus. Sacrificium demum a pleriſque nuncupatur, de quo dicemus inferius.

An Euchariſtia ſit nouæ legis Sacramentum.

Sacramenti iam allata ſuperius definitio in omnibus illi conuenit, quare

re ſequitur, vt verum ſit nouæ legis Sacramentum, & confirmatur ex Con. Tri. ſeſ. 7. Can. 1. & ſeſ. 13. cap. 3. De prophetijs Euchariſtię ex veteri teſtamento legimus apud Malachiã. (Ab ortu ſolis vſque ad accaſum magnum eſt nomen meum, in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, dicit Dominus exercituum. Hoc idẽ videre licet in Melchiſedech ſacrificio, ipſe enim ſaluator Sacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech in ęterуum ſe conſtitutum declarans corpus, & ſanguinem ſuum in extrema cęna ſub panis, & vini ſpeciebus Deo patri obtulit.

De inſtitutore inſtitutione, & cauſa inſtitutionis.

Vt nobis Charitatem, amoremque ſuum aliquo argumento teſtatum relinqueret de hoc mundo ad patrem tranſiturus hoc Sacramentum inſtituit Chriſtus in vltima cæna cum Apoſtolis ſub ſpeciebus panis, & vini ſuum tradidit corpus, & ſanguinẽ, ac dixit (Accipite, & manducate, hoc eſt

corpus

corpus meum, Accipite & bibite &c.) hęc quotieſcunq; feceritis, in meam commemorationem facietis. Apertè hoc declarat Con. Tri. ſeſ. 13. cap. 2.

De dignitate Euchariſtiæ.

Ex quatuor Sacramenti huius dignitatem, atq; excellentiam probat F. Joannes Viguerius doctor Theologus in ſuis inſtitutionibus tractatu de Euchariſtia Ca. 16. Ex contento, quia in eo continetur realiter Chriſtus, cuius ſola virtus in aliis Sacramentis virtualiter tantùm oſtenditur. Ex ordine Sacramentorum, quia cętera omnia ad hoc, ſicut ad finem, ordinantur. Ex virtute, quam ab hoc tanquam ab opere operato cętera omnia habent. Demum ex mirabilibus effectibus in illius conſecratione, vnde Propheta in pſalmis vocat memoriale omniū mirabilium dicens. Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors, & miſerator dominus eſcam dedit timentibus ſe.

Quid Euchariſtia ſit, vt conſecratio.

Eſt ſacrificium nouę legis, & oblatio incruenta cruentis Iudaicę legis ſa

crificijs ſuccedens, quę in miſſa offertur pro Chriſti fidelibus viuis, ac defunctis, quò fit, vt eucharistia a fideli populo non ſolum ſumatur, ſed etiam pro peccatis a Sacerdotibus quotidie immoletur ad continuam commemorationem mortis, ac paſſionis Dominicę.

De materia Eucharistia.

De hac dicere incipiens, proponendum duplicem illam eſſe, vnam panis, alteram vini, quę panis, & vini ſpecies poſt conſecrationem vnum ſunt Sacramentum vnitate integritatis, quæ concluſio perſpicua eſt ex fine huius Sacramenti, qui eſt reficere mentem, ſicut enim corporalis refectio non integratur ſolo cibo, aut ſolo potu, ſed vtroq; ſimul, ita hoc Sacramentū ambabus ſpeciebus perficitur, & integratur; At verò vt a materia panis incipiam, dico, ſolum panem triticeum eſſe materiam neceſſariam ad conſecrationem Euchariſtiæ, cuiuſcunq; ſit ſpeciei panis ſcilicet ex frumento cōfectus nam ſicut licet in vino albo, vel nigro conſecrare, propterea quod album

bum

bum, & nigrum quamuis distinguantur ſpecie, in genere tamen conueniunt; licebit etiam in pane triticeo conſecrare, quamuis vnum triticũ ab alio ſpecie differat, cũ genere conueniant.

Ex quo colligitur, in fatre, adoreo, & ſiligine poſſe Euchariſtiam confici, ratio eſt quia hæc omnia in genere tritici conueniunt, ex quibus panis vſualis conficitur, qui ab omnibus triticeus vocatur.

Colligitur item, panem ex legiminibus non eſſe materiam, nec etiam confectum ex quolibet grano perſpicas producto, quare ex ordeo, lolio milio, auena, & ſimilibus non poteſt confici Euchariſtia.

De qualitate materiæ, ſeu panis triticei.

Debet iſte panis eſſe coctus, alitet non eſt materia; oportet, confectus ſit cum aqua elementari, ſi enim ex vino, lacte, aut alio liquore conficiatur, non poteſt eſſe materia, nequaquam debet eſſe miſtus, ſed purus abſque miſtione alterius ſpeciei, quam frumenti, & liquoris, aut humidi alterius, quã aquæ naturalis, quod de notabili miſtione

debet itelligi, debet eſſe azymus, ideſt ſine fermēto in eccleſia latina, in græca fermentatus, at verò ſi quis aliter faceret, ac non ſeruaret conſuetudinē ſuæ eccleſiæ, peccaret mortaliter, licèt conſecratio foret valida. Poſtremò debet eſſe incorruptus, ſi enim ſit corruptus, ac ſpeciem mutauerit, nullo modo poteſt eſſe materia.

De materia vini.

Solum vitis vinum eſt huius Sacramenti materia, colligitur ex Con. Tri. ſeſ. 3. Can. 2 Similiter ex Con. Florentino his verbis, Tertium Sacramentū eſt Euchariſtia, cuius materia eſt panis triticeus, & vinum de vite.

Inde colligitur, acetum non poſſe eſſe materiam, illud enim non eſt vinum, neque enim ab aceto ad vinum regreſſus fieri poteſt. Nō ſuccus agreſtis pōt eſſe materia, quia nō eſt vinū, ſed materia, ex qua vinū fit. Muſtū quidē poterit eſſe materia vnde ſi neceſſitas ſit, vua in calice cōprimatur. V. [illegible] congelatum non poteſt eſſe materia, & ratio eſt, quia Chriſtus materiam inſtituit vinum potabile. Vua non poteſt

r eſt eſſe, quia differt a muſto ſpecie. Vinum vulgò dictum Gaſpia erit materia, ſi parum aquæ miſtum ſit ita, vt ab omnibus vinum iudicetur non enim differt ſpecie a vino, quòd idem dicendum eſt de vino limphato.

Collige ex dictis, quid dicēdum ſit de illis vini generibus, quę conficiuntur ex aromatibus, atq; in ijs non eſſe conficiendum Sacramentum propter periculum, ne conſecratio ſit fruſtratoria. Circa quod.

Not. 1. quod vtraq; forma debet eſſe pręſens ſacerdoti iuxta formā, quę eſt demonſtratiua, ſufficit autem ſi ſit in aliqua diſtantia, quæ communiter dicitur pręſentia; rurſus quantitas materię conſecrandæ, attenditur ratione pręſentiæ, poſſet enim aliquis ſacerdos ita multos cophinos panis, & vini dolium conſecrare, ſi præſentia haberet, vt etiam minimam vtriuſq; quantitatem, ſed caueat abſq; rationabili cauſa, ac iuſta immodicam quantitatem conſecrare, graue enim admitteret ſacrilegium, rationem verò in hoc ſemper habeat eorum, qui debēt ſumere

I 3 Not. 2.

Not. 2. quod vtraq; materia debet eſſe certa, ſeu determinata, quę talis ſit ſecundum intentionem ſacerdotis conſecrantis, conſecrat enim quod intēdit. Ex his facilis eſt ſolutio quęſtionum, quas omitto, nulloque negotio apud auctores videre licet, neq; enim in hoc loco ſigillatim omnia ſunt enarranda.

De forma conſecrationis corporis.

Habetur hæc apud Euangeliſtas Matthæum, Lucam, & Marcum (Hoc eſt enim corpus meum) quę forma eucharistiæ eſt quantùm ad factionem tantum; quia his verbis efficitur Sacramentum, factâ verò conſecratione, nulla eſt eius forma. Circa quod.

Not. 1. quòd illa dictio (enim) non ſit de neceſſitate Sacramenti, peccaret tamen qui illam ſcienter omitteret.

Not. 2. quod etiam de Baptiſmi diximus forma, hanc non debere mutari, quãuis ſi mutetur, non mutato ſenſu; Sacramentum ſit verum, ſecus ſi mutetur ſenſus.

De forma conſecrationis ſanguinis.

Quod attinet ad vini conſecrationem,

nem, hæc traditur eſſe (hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui, & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum) quæ omnia verba ſunt de neceſſitate præcepti, non Sacramenti; ſufficiens enim forma conſecrationis vini erit hæc (Hic eſt ſanguis meus) vel (hoc eſt poculum, aut vas ſanguinis mei) quamuis nullum aliud addatur verbum. Et probatur a ſimili, nam vt in conſecratione corporis ſufficiunt verba illa (Hoc eſt corpus meum) ita in conſecratione ſanguinis ſatis erunt (Hic eſt calix ſanguinis mei) quibus verbis apertè ſignificatur conuerſio panis in corpus Chriſti, & vini in ſanguinem.

Iſtius formę hic eſt ſenſus. Hic eſt ſanguis meus, qui hoc calice continetur, non veteris teſtamenti, qui figuris ſignificabatur, ſed noui, verè, & reipſa vobis traditus ad æternam hęreditatem conſequēdam; quod myſterium certa fide eſt credendum, qui ſanguis pro vobis, & pro multis effundetur, non quòd pro omnibus non ſatisfa-

ciat, ſed quod non omnes eo vti velint pro remiſſione peccatorum.

Not. 1. duas eſſe formas partiales, vnam integralem, vt dictum eſt de materia.

Not. 2. nõ eſſe de fide, vt credamus Chriſtum iiſdem verbis conſecraſſe, quibus nos, ſed eſſe de fide conſecrationem a nobis eſſe faciendam ſub verbis ſuperius allatis, quæ quidem eſt communis doctorum ſententia non damnata.

Not. 3. Hęreticum eſſe aſſerere verba conſecrationis panis ante conſecrationem vini, vel e conuerſo non ſortiri effectum, Sacerdos verò, qui conſecraret panem ſine conſecratione vini, committeret ſacrilegium. Ex quo liquet, quid faciendum foret, ſi ſacerdos poſt conſecrationem panis, migraret de vita, vel non poſſet progredi vlterius.

Not. 4. Si ſacerdos habet intentionem non conſecrãdi aliter, quam per omnia illa verba poſita, atq; explicata ſuperius in forma conſecrationis vini, non conficit Sacramentum, quia per-

uer-

uerſam habet intentionem, & non intendit conſecrare per illa verba propria, & præciſa (Hic eſt calix ſanguinis mei) Si autem habet intentionem conſecrandi per totam illam orationem, qua vtitur eccleſia, verè cõſecrat, quia rectam habet intentionem.

De virtute formæ vtriuſque.

Formarum virtus conſideratur, vel quatenus ſunt ſigna, vel quatenus sũt cauſæ gratiæ, & aliorum effectuum; Quatenus ſunt ſigna corporis, & ſanguinis Chriſti, ipſarum virtus eſt certitudo, quòd poſitis verbis illis (Hoc eſt &c.) Hic eſt &c.) illorum ſignificatum, ideſt corpus Chriſti, & ſanguis ponantur, & ratio eſt; quia virtus cuiuſque rei dicitur vltimum de potentia, ideſt vltima perfectio rei, & vltima perfectio, ſiue virtus ſigni eſt in ſignificando. Quatenus ſunt cauſę gratiæ, & aliorum effectuum, earum virtus eſt concurſus diuinus, diuinaque inſtitutio, ac ſacerdotis intentio, quia Deus concurrit cum illis ad conſecrationem, & quia inſtituit, vt illis Sacerdotes vterentur, & quia ſacerdotes per

illa verba conſecrare intendunt.

De Tranſubſtantiatione.

Conuerſio de vna ſubſtantia in aliam, quæ fit in hoc mirabili Sacramēto a Sanctis Patribus tranſubſtantiatio eſt appellata, quòd panis in corpus & vinum in ſanguinem Chriſti tranſeant, nullaque in Sacramento remaneat ſubſtantia panis, & vini vnà cum corpore, & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Declarat Con. Tri. ſeſ. 13. Can. 2. de Euchariſtia. Quare aptè trāſubſtantiationem definiemus ſic. Tranſubſtantiatio eſt conuerſio ſubſtantię panis in ſubſtantiam corporis, & ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis Domini noſtri, Ieſu Chriſti, quę fit per verba illa, quibus operante Chriſto hoc Sacramentum ſacerdos conficit.

De miniſtro.

Euchariſtiæ, duplex aſſignatur miniſter, Conſecrationis, vel diſtributionis, de miniſtro diſtributionis inferius ſuo dicetur loco, nunc de miniſtro cōſecrationis, qui eſt ſolus Sacerdos, per Epiſcopum rite cōſecratus, ſolis enim

ſacer-

ſacerdotibus in receptione ordinis ſacramentalis conſecrandi tribuitur poteſtas, eos autem iſtius Sacramenti inſtitutos miniſtros ipſe Chriſtus Dominus noſter actione ſua declarauit, qui ſanctiſſimum ſuum corpus, & ſanguinem in vltima cœna conſecrauit, & Apoſtolis, nec non ſucceſſoribus illorum, qui ſunt ſacerdotes, conſecrandi poteſtatem dedit his verbis (hęc quotieſcunque feceritis, in mei memoriã facietis) extat, & eccleſiaſticus ille Hymnus ad iſtius rei comprobationem (ſic ſacrificium iſtud inſtituit, cuius officium committi voluit ſolis presbyteris, &c.) Quod vero dicitur a pleriſque Chriſtianos omnes eſſe Sacerdotes, non eſt intelligendum de conſecratione Euchariſtiæ, ſed de bonis ipſorum operibus, quæ veluti ſpirituales hoſtiæ offeruntur, dum miſeriæ, atque calamitates humanę patienter feruntur.

Ex ſuperius dictis infertur, hereticos, ſchiſmaticos, excommunicatos, Clericorum percuſſores degradatos, Apoſtatas etiam in infidelitate perſe-

uerantes, ſi intendant facere, quod Chriſtus, & eccleſia intendit, verè cōſecrare, propterea quòd characterem habent indelebilem, verùm illorum ſacrificium non ſibi, ſed alijs, pro quibus offertur, prodeſt, quia fructus ſacrificij ortum habet ex merito eccleſiæ, in cuius nomine offertur. quod ipſum eſt intelligendum de ſacerdote exiſtente in peccato mortali, cuius, ac rel quorum, quos nominauimus, miſſas audire non erit peccatum mortale, niſi publicè ſint nominati tales per ſententiam Iudicis, ſolùm enim cum huiuſmodi hominibus verſari prohibemur iudicio eccleſiæ, ideſt quando ipſius eccleſiæ rebelles nominatim ſunt declarati, ac publicati. His ita expoſitis de Euchariſtia, vt eſt conſecratio ſequitur, de ea, vt eſt hoſtia conſecrata, dicamus pauca.

Euchariſtia quid ſit, vt hoſtia conſecrata.

Hoſtia conſecrata poteſt hoc modo definiri. Eſt Sacramentum, in quo verè, & realiter continetur corpus Chriſti vnà cum eius anima, & diuinitate. Dixi Sacramentum pro genere;

re; dixi verè, ac realiter ideſt non meta phoricè, contra hereſim multorum; Dixi continetur corpus Chriſti, quia vt fides catholica docet, idem Chriſtus, qui eſt in cœlo, eſt in altari; Dixi vnà cum eius anima, ac diuinitate, quia corpori ſanguis anima, ac diuinitas coniunguntur, licèt non ex virtute conſecrationis, ſed ex concomitantia, ſcilicet vt ea, quæ corpori ſunt coniuncta, eademque ratione oſſa, nerui, & quecunque ad hominis perfectionem pertinent vnà cum diuinitate verè in Euchariſtia adſunt. Circa quod.

Not. 1. quod ſi Sacramentum Euchariſtiæ proprijſſimè ſumatur, ſupponit pro ſpeciebus, & non pro Chriſti corpore, quæ concluſio conſtat ex ipſius Sacramenti definitione, Sacramentum enim eſt ſignum viſibile, corpus verò Chriſti non videtur, ſed tantum ſpecies Sacramentales.

Not. 2. poſt fractionem hoſtiæ, & diuiſionem ſpecierum vini, totum Chriſtum ſub qualibet hoſtię particula, & vini gutta contineri, quod ex-

expreſſè definitum eſt in Conc. Trid. ſeſ. 13. Can. 3.

Not. 3. nullam in Euchariſtię Sacramento ſubſtantiam panis, & vini reperiri, quamuis extrinſecus panis, & vinum videatur; panis enim, & vini ſpecies in hoc Sacramento ſine aliqua re ſubiecta diuinitus conſtant: cuius articuli veritatem Can. 2. ſeſ. 13. Concilium Tri. comprobauit in hæc verba. Si quis dixerit, in ſacroſanctæ euchariſtiæ Sacramento remanere ſubſtantiam panis, & vini vnà cum corpore, & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Anathema ſit.

De existentia corporis Chriſti in Eucha-riſtia.

Pro intelligentia dicendorum animaduertendum, duplicem eſſe exiſtentiam, vnam naturalem, alteram Sacramentalem. Exiſtentia naturalis corporis eſt occupare locum, & ad extenſionem loci extendi; Sacramentalis eſt contineri ſub aliquo ſigno, & non occupare locum, neque ad extenſionem loci extendi. In Euchariſtia corpus Chriſti non exiſtit ſecundum

mo-

modum naturalem, ſed Sacramentalem, quia deſinit ibi eſſe naturaliter, & occupare locum, & ad extenſionem loci extendi, quo continetur. At verò continetur ſub ſpeciebus modo Sacramentali tanquam in loco pręſentialiter, nam ſubſtantia panis erat ſub ſpeciebus intimè pręſens, & corpus redemptoris noſtri loco ſubſtantię panis, ſemota tamen inhęrentia, ſuccedit, & per intimam præſentiam, ſeu pręſentialitatem nullum intelligitur eſſe inter media ſpatium, quod autem ad iſtam exiſtentiam attinet.

Not. 1. quòd licèt Chriſtus in altari habeat quantitatẽ, ſed enim vbi eſt corpus, eſt etiam quicquid corpori vnitur non tamen ibi habet modum quantitatiuum, quia Deus efficit, vt quantitas ſit ſine ſuo modo quantitatiuo.

Not. 2. quòd Chriſtus in hoſtia nõ continetur circumſcriptiuè, quia ibi non habet modum quantitatiuum, neq; loco circumſcribitur, ita vt in alio non exiſtat, circumſcriptiuè tamẽ eſt in loco ſpecierum per accidens

Not. 3. neq; definitiuè eſt in hoſtia,

quia

quia quod eſt definitiuè in loco, ita ibi eſt, vt nullo modo alibi exiſtat, corpus verò Ieſu ſub pluribus ſpeciebus conſecratis, & in cęlo exiſtit. Hæc ex Ioſepho Angles in Theologicis ques.

De Euchariſtia, vt eſt hoſtiæ ſuſceptio.

Vbi de Euchariſtia, vt conſecratione hoſtiæ, atque hoſtia conſecrata diximus; reſtat, vt explicetur, quatenus eſt hoſtiæ ſuſceptio, circa quam ſequentia ſcitu digna dicenda occurrunt.

An Euchariſtiæ ſuſceptio ſit de iure diuino.

Pręceptum hoc eſſe de iure diuino, nemo prorſus ignorat, qui D. Lucam 22. & 1 1 ad Corint. legerit. Vbi legitur poſt inſtitutionem Euchariſtiæ dixiſſe Chriſtus Apoſtolis, vt facerent, in ſui commemorationem, quod ipſe fecerat, cum inquam, ſuum ipſe corpus ſumpſit, ac ſumendum tradidit his verbis (hæc quotieſcunque feceritis, in mei commemorationem facietis.)

De neceſſitate ſumendæ Euchariſtiæ.

Duplex hoc loco cõſiderari poteſt neceſſitas, vel quoad ſalutem ratione

remiſ-

remiſſionis peccatorū, vel quoad ſalutem ratione perſeuerantiæ in gratia, neceſſitate priore illa Sacramenta neceſſaria ſunt, quibus omiſſis, peccata non remittuntur, & ſalui eſſe non poſſumus huiuſmodi ſunt Bap. & Pœnit. poſteriore illa ſunt neceſſaria, ſinè quibus gratiæ iam acquiſitæ iacturam patimur, ac proinde ſalutem amittimus. Euchariſtia neceſſaria eſt ad ſalutem, quoad perſeuerantiam in gratia, & probatur, quia ad perſeuerantiam in gratia neceſſaria eſt obſeruatio mandatorū Dei. Euchariſtię autem ſuſceptio eſt vnum de mandatis diuinis, atque ita neceſſaria ad gratiam, & ex conſequenti ad ſalutem.

Quibus, & qua ætate Euchariſtia tribuenda ſit.

Omnis vtriuſque ſexus tenetur cōmunicare iuxta illud Ioannis 6 (niſi manducaueritis carnem filij hominis &c.) verùm communicare ante annos diſcretionis, nullus tenetur, ſed requiritur diſcretio deuota, & reuerentialis, eaque determinari debet ex parentum iudicio, qui ſi dubitent, conſulant

Con-

Confeſſarium pueri expectandam annorum quatuordecim, aliamue ætatem pleriq; affirmant, quod quidem neceſſarium non eſt. Amentibus a natiuitate Euchariſtiæ Sacramentum dandum non eſt, quia cum habentibus vſum rationis dandum ſit, tales verò nullum habeant, nec habere poſſint, nullo modo ipſis eſt tribuendum.

Quod ſi non fuerint à natiuitate tales; verum per aliquod tempus huiuſmodi morbo laborent, ac in ſanitate conſtituti Sacramentum hoc poſt ut lauerint, erit eis ſingulis annis, ac etiam in morte tribuendum, niſi ſit periculum, ne ſubita amentia correpti aliquid indignum contra ipſum Sacramentum admittant. Pari ratione poenitenti in vigilia Baptiſmum, dormienti datur. Damnatis capite ſi rite peccata fuerint confeſſi ſecundum Canonum precepta hoc Sacramentum datur, & eorum cadauera ſepeliuntur, modò de falſitate ſuſpecti non ſint.

Quando fideles teneantur ad Euchariſtiæ ſuſceptionem.

Diuinum hoc præceptum ex ſe indeter-

determinatum determinatur ab eccleſia, atque ex præcepto eccleſiæ tenetur ſingulis annis quilibet Chriſtianus communicare, quod graue nobis videri non debet, ſi enim pluries in anno recognoſcimus dominos tēporales, a fortiori recognoſcere debemus Chriſtum, ſoluendo ei tributum probationis. At verò tempus ad communicandum ſub pœna peccati mortalis præſtitutum eſt a Dominica Palmarū vſque ad Dominicam in Albis, & de hoc habetur bulla Eugenij quarti, poteſt tamen differri de conſilio Confeſſarij, & ex rationabili cauſa, alias omiſſio eſſet peccatum mortale. Circa hoc,

Not. 1. in aliquibus locis legitimam & preſcriptam huic præcepto ſatisfaciendi conſuetudinem eſſe communicare quolibet die quadrageſimę, & ibi degentibus ſufficit conformare ſe illi conſuetudini, vt videre eſt apud Nauarum in ſuo manuali de præcepto communicandi in Paſchate Cap. XXI. numero 45. & apud Toletum in ſua ſumma.

Not.

Not. 2. hoc præcepto nos obligari etiam tempore mortis, cum pro viatico Euchariſtia ſumitur, hęc verò eccleſiaſtica conſuetudo iam inde a temporibus Apoſtolorum ad noſtra vſque tempora ſeruata vim habere legis cenſenda eſt. At ſi conſtitutus in articulo mortis is eſſet, qui frequenter, & paulo ante Sacramentum ſumpſiſſet, & puram haberet conſcientiam licèt ſine illa decederet, non eſſet reus lethalis culpę.

Not. 3. in primitiua eccleſia morē fuiſſe communicandi ſingulis diebus, legitur in actibus Apoſtolorum (erant credentes perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione, & fractione panis) vbi per communicationem, & fractionem panis intelligitur huius Sacramenti pręceptio, hæc autem conſuetudo fuit illi populo ſub præcepto, ita enim definitum eſt a Caliſto Papa in Canone de conſecratione. Omnes communicent, & qui noluerint, eccleſiaſticis careant liminibus, deinde diuerſis temporibus propter remiſſam fidelium

lium deuotionem, ſtatutum fuit a varijs Pontificibus, vt rarius ſęculares communionem perciperent, poſtremò in Conc. Lateranenſi decretum fuit, vt in Paſchate ſumeretur.

De diſpoſitione neceſſaria ad Eucharistiæ ſumptionem.

Ad dignam euchariſtiæ ſumptionem requiritur cum animæ tum corporis præparatio, vt fideles cæleſtem hanc menſam a profanis diſcernentes, ac corpus Domini, quod ait Apoſtolus, dijudicantes verum Chriſti corpus, & ſanguinem, quem ſuſcipiunt, rite venerentur. Quod ſi vt habetur Exodi 19. populo accepturo pręcepta dictum fuit, Eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus, quid nos oportebit facere ſuſcepturos, corpus Chriſti? Quę circa primũ curent fideles, vt animam omni prorſus lethali culpa purgent, inimicitias, & odia deſponant, ſecumq; ſæpe, ac ſæpius cogitent, quàm indigni ſint tali, ac tanto beneficio, ne veſte carentes nuptiali in tenebricoſiſſimum Inferorum carcerem detruſi ſumptionis indignę

pænas

Digitized by Google

pœnas æternas luant. Ad hæc corporis præparatione opus eſt, ieiuni enim ieiunio naturali debent communicare, qui ſcilicet à dimidia prçcedentis diei nocte vſque ad illud communicãdi tempus nihil comederint, ac biberint, exceptis tamen conſtitutis in articulo mortis, quibus licet, ſoluto naturç ieiunio Euchariſtiam ſumere, ne ſine ea moriantur, & hoc prçceptum fuit in Con. Conſtantienſi, & habetur in aliis multis iuris Canonici decretis. Poſtulat etiam tanti Sacramenti dignitas, vt omni corporis munditia ſint ornati ſumentes Euchariſtiam, quare qui poſt pollutionem, quæ eſt peccatum mortale, ſumit Euchariſtiam, grauiſſimè peccat. Hinc factum, vt coniugatis a concubitu abſtinere per aliquot dies ſuadeatur, quò puriores ad Sacram Euchariſtiam accedant, idque ipſum conſulendum erit pollutis ante communionem vt ſaltem, ſecundum D. Thomam, per ſpatium horarum 24. abſtineant, licèt in præceptis nihil habeatur.

De

De ritu ſuſcipiendi Euchariſtiam ſub vna tantùm & ſub vtraque ſpecie.

Duo ſunt hoc Sacramentum ſuſcipientes, vnus ſuſcipiens ſimul, & conſecrans, & hic eſt Sacerdos, alter ſuſcipiens tantùm, & hic poteſt eſſe Sacerdos non conſecrans, & laicus. Sacerdos Sacrificans ex precepto eccleſię tenetur ſumere Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie, vt integrum ſit ſacrificium, in quo Chriſti mors continetur, quæ ſub vtraque ſpecie repreſentatur. Sacerdos ſuſcipiens tantùm, & laicus debet ſuſcipere ſub ſpecie panis, qui quidem nullo præcepto diuino obligantur ad ſuſcipiendum ſub vtraque ſpecie; quod latè declarat Con. Tri. ſeſ. 21. Cap. 1. & 2. cuius decreti quinque fuere cauſæ, quæ numerantur in Catechiſmo Romano videlicet periculum effuſionis ſanguinis; periculum nocendi odorem vini non ferentibus; periculum carendi materia, vini enim inopia multis in locis laboratur; periculum, ne Sacramenti ęgrotis aſſeruati ſpecies coaceſcerent; denium periculum, ne inde Neſtoriani aliquam ac-

ciperent

ciperent cauſam confirmandi ſuam hæreſim negantes totum Chriſtum ſub vtraque ſpecie contineri.

Quod ſi quis obijciat, dominum dixiſſe. (N. ſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis) & alibi (qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo) ac proinde præcepiſſe, omnes Chriſti fideles ſub vtraque ſpecie communicare. Huic ex dicto Con. Tri eodem loco reſpondendum erit, dicta illa ſaluatoris noſtri eò non tendere, vt omnes Chriſti fideles ſtatuto ſuo ad vtramque ſpeciem accipiendam obligentur; quandoquidem ipſemet Chriſtus alio in loco dixit (qui manducat hunc panem, viuet in ęternum) & alibi (panis, quem ego dedero, caro mea eſt pro mūdi vita) Item (ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum) ex quibus patet, nullum de hoc eſſe diuinum præceptum, quamuis in primitiua Eccleſia ſub vtraque ſpecie ſumeretur.

Quot

Quot modis Euchariſtiam contingat accipere.

Ex Con. Tri. ſeſ. 13. cap. 8. huius Sacramenti accipiendi tres rationes, ſeu modi recenſentur. Nonnulli enim ſumunt Sacramentaliter tantum, & ij ſunt peccatores, qui ſecundum Apoſtolum indignè manducãt, & bibunt, non dijudicantes corpus domini. Alij ſumunt tantùm ſpiritualiter, qui videlicet voto, ac deſiderio, fide vera incenſi cęleſtem illum panem edentes, multos, ſin minus omnes illius fructus capiunt. Alij denique ſumunt Sacramentaliter, & ſpiritualiter, hi autem ſunt, qui veſtem nuptialem induti ad diuinum hoc conuiuium accedentes bonis omnibus replentur.

De miniſtro diſtributionis Eucha.

Solus Sacerdos iure diuino eſt ordinarius miniſter diſpenſandi populo Euchariſtiã. Paulus ad Corin (Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei) vbi de ſe, & alijs Sacerdotibus loquitur, & ipſe Dominus Lucæ 22. ſolis Apoſtolis, ac per illos Sacerdotibus dixit (hoc

K facite

facite in meam commemorationem) competebat etiam antiquitus Diacono miniſtrare ſanguinem Sacerdoti celebranti, vel communicantibus habetur exemplum B. Laurentij ad B. Xiſtum. Experire, vtrum miniſtrum idoneum elegeris; cui commiſiſti Dominici ſanguinis diſpenſationem. Circa hoc.

Not. 1. quòd ſi Sacerdos fuerit religioſus ex regularibus non poterit ſine licentia proprij curati Euchariſtiam alicui miniſtrare, & hoc ſub pœna excommunicationis latę ſententiæ.

Not. 2. quòd regulares gaudentes ſuis priuilegijs poſſunt per totum annum miniſtrare Euchariſtiam, prę terquam in die reſurrectionis Dominicæ. Priuilegia hęc conceſſa fuere a Nicolao V. & Leone x. regularibus ordinis minorum, Dominicanis, ac cæteris, qui priuilegiorū ordinis minorū ſunt participes, ac etiam Ieſuitis, vt refert Nauarus in præcepto de communicando in Paſchare N. 52. Caueant autem fideles, dum mandatis regularium parere geſtiunt, a Chriſtiana regula,

gula, eccleſiæque præcepto de communicando in Paſchate in ſua Parochia recedant; Caueant item regulares in alienam meſſem irruant, Priuilegia, quæcunque ea ſint, ſiue vetera, ſiue recentia Parochis nota faciant, prout ex recta conſcientia tenentur, ne dum priuilegia occultant, ac quoſcunque in eorum eccleſijs accedentes communicant, Parochis adimatur facultas ſciendi, qui in ſua parochia ſatisfaciant præcepto, qui non, quando multis liberum eſt fateri a regularibus ſumpſiſſe Euchariſtiam, quam nec a regularibus, nec a Parocho ſumunt. Caueant demum Parochi ouium ſuarum ratiorē reddituri quod in Euangelio Ioannis x. cauendum præcepit Chriſtus, Lupus rapiat, & diſpergat, fures furentur, mactent, ac perdant oues.

Not. 3. nullo caſu laicum poſſe miniſtrare Euchariſtiam, licet deficiente Sacerdote, poſſit a terra eleuare.

De effectibus Euchariſtiæ.

Effectus Euchariſtiæ quinque præcipuè ſunt. Primus eſt gratia, data ſu-

Confeſſarium pueri expectandam an norum quatuordecim, aliamue ætatem pleriq; affirmant, quod quidem neceſſarium non eſt. Amentibus a natiuitate Euchariſtiæ Sacramentum dandum non eſt, quia cum habentibus vſum rationis dandum ſit, tales verò nullum habeant, nec habere poſſint, nullo modo ipſis eſt tribuendum.

Quod ſi non fuerint a natiuitate tales, verum per aliquod tempus huiuſmodi morbo laborent, ac in ſanitate conſtituti Sacramentum hoc poſtulauerint, erit eis ſingulis annis, ac etiam in morte tribuendum, niſi ſit periculum, ne ſubita amentia correpti aliquid indignum contra ipſum Sacramentum admittant. Pari ratione penitenti in vigilia Baptiſmum, dormienti datur. Damnatis capite ſi ritè peccata fuerint confeſſi ſecundum Canonum præcepta hoc Sacramentum datur, & eorum cadauera ſepeliuntur, modò de falſitate ſuſpecti non ſint.

Quando fideles teneantur ad Euchariſtiæ ſuſceptionem.

Diuinum hoc præceptum ex ſe inde-

deter-

determinatum determinatur ab eccleſia, atque ex præcepto eccleſiæ tenetur ſingulis annis quilibet Chriſtianus communicare, quod graue nobis videri non debet, ſi enim pluries in anno recognoſcimus dominos tēporales, à fortiori recognoſcere debemus Chriſtum, ſoluendo ei tributum probationis. At verò tempus ad communicandum ſub pœna peccati mortalis præſtitutum eſt à Dominica Palmarū vſque ad Dominicam in Albis, & de hoc habetur bulla Eugenij quarti, poteſt tamen differri de conſilio Confeſſarij, & ex rationabili cauſa, aliàs omiſſio eſſet peccatum mortale. Circa hoc,

Nota in aliquibus locis legitimam & preſcriptam huic præcepto ſatisfaciendi conſuetudinem eſſe communicare quolibet die quadrageſimę, & ibi degentibus ſufficit conformare ſe illi conſuetudini, vt videre eſt apud Nauarum in ſuo manuali de præcepto communicandi in Paſchate Cap. XXI. numero 45. & apud Toletum in ſua ſumma.

Not. 2. hoc præcepto nos obligari etiam tempore mortis, cum pro viatico Euchariſtia ſumitur, hęc verò eccleſiaſtica conſuetudo iam inde a temporibus Apoſtolorum ad noſtra vſque tempora ſeruata vim habere legis cenſenda eſt. At ſi conſtitutus in articulo mortis is eſſet, qui frequenter, & paulo ante Sacramentum ſumpſiſſet, & puram haberet conſcientiam licèt ſine illa decederet, non eſſet reus lethalis culpę.

Not. 3. in primitiua eccleſia morē fuiſſe communicandi ſingulis diebus, legitur in actibus Apoſtolorum (erant credentes perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione, & fractione panis) vbi per communicationem, & fractionem panis intelligitur huius Sacramenti pęceptio, hæc autem conſuetudo fuit illi populo ſub præcepto, ita enim definitum eſt a Caliſto Papa in Canone de conſecratione. Omnes communicent, & qui noluerint, eccleſiaſticis careant liminibus, deinde diuerſis temporibus propter remiſſam fide-

lium

lium deuotionem, ſtatutum fuit a varijs Pontificibus, vt rarius ſęculares communionem perciperent, poſtremò in Conc. Lateranenſi decretum fuit, vt in Paſchate ſumeretur.

De diſpoſitione neceſſaria ad Eucharistiæ ſumptionem.

Ad dignam euchariſtiæ ſumptionem requiritur cum animæ tum corporis præparatio, vt fideles cæleſtem hanc menſam a profanis diſcernentes, ac corpus Domini, quod ait Apoſtolus, dijudicantes verum Chriſti corpus, & ſanguinem, quem ſuſcipiunt, rite venerentur. Quod ſi vt habetur Exodi 19. populo accepturo pręcepta dictum fuit, Eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus, quid nos oportebit facere ſuſcepturos, corpus Chriſti? Quę circa primũ curent fideles, vt animam omni prorſus lethali culpa purgent, inimicitias, & odia deſponant, ſecumq; ſæpe, ac ſæpius cogitent, quàm indigni ſint tali, ac tanto beneficio, ne veſte carentes nuptiali in tenebricoſium Inferorum carcerem detruſi ſumptionis indignę pænas

pœnas æternas luant. Ad hæc corporis præparatione opus eſt, ieiuni enim ieiunio naturali debent communicare, qui ſcilicet à dimidia præcedentis diei nocte vſque ad illud communicandi tempus nihil comederint, ac biberint, exceptis tamen conſtitutis in articulo mortis, quibus licet, ſoluto naturę ieiunio Euchariſtiam ſumere, ne ſine ea moriantur, & hoc præceptum fuit in Con. Conſtantienſi, & habetur in aliis multis iuris Canonici decretis. Poſtulat etiam tanti Sacramenti dignitas, vt omni corporis munditia ſint ornati ſumentes Euchariſtiam, quare qui poſt pollutionem, quæ eſt peccatum mortale, ſumit Euchariſtiam, grauiſſimè peccat. Hinc factum, vt coniugatis a concubitu abſtinere per aliquot dies ſuadeatur, quò puriores ad Sacram Euchariſtiam accedant, idq; ipſum conſulendum erit pollutis ante communionem vt ſaltem, ſecundum D. Thomam, per ſpatium horarum 24. abſtineant, licèt in præceptis nihil habeatur.

De

De ritu ſuſcipiendi Euchariſtiam ſub vna tantùm & ſub vtraque ſpecie.

Duo ſunt hoc Sacramentum ſuſcipientes, vnus ſuſcipiens ſimul, & conſecrans, & hic eſt Sacerdos, alter ſuſcipiens tantùm, & hic poteſt eſſe Sacerdos non conſecrans, & laicus. Sacerdos Sacrificans ex præcepto eccleſię tenetur ſumere Euchariſtiam ſub vtraque ſpecię, vt integrum ſit ſacrificium in quo Chriſti mors continetur, quæ ſub vtraque ſpecie repreſentatur. Sacerdos ſuſcipiens tantùm, & laicus debet ſuſcipere ſub ſpecie panis, qui quidem nullo præcepto diuino obligantur ad ſuſcipiendum ſub vtraque ſpecie; quod latè declarat Con. Tri. ſeſ. 21. Cap. 1. & 2. cuius decreti quinque fuere cauſæ, quæ numerantur in Catechiſmo Romano videlicet periculum effuſionis ſanguinis; periculum nocendi odorem vini non ferentibus; periculũ carendi materia, vini enim inopia multis in locis laboratur; periculum, ne Sacramenti ęgrotis aſſeruati ſpecies coaceſcerent; denium periculum, ne inde Neſtoriani aliquam acciperent

ciperent cauſam confirmandi ſuam hæreſim negantes totum Chriſtum ſub vtraque ſpecie contineri.

Quod ſi quis obijciat, dominum dixiſſe. (N. ſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis) & alibi (qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo) ac proinde præcepiſſe, omnes Chriſti fideles ſub vtraque ſpecie communicare. Huic ex dicto Con. Tri eodem loco reſpondendum erit, dicta illa ſaluatoris noſtri eò non tendere, vt omnes Chriſti fideles ſtatuto ſuo ad vtramque ſpeciem accipiendam obligentur; quandoquidem ipſemet Chriſtus alio ī loco dixit (qui manducat hunc panem, viuet in ęternum) & alibi (panis, quem ego dedero, caro mea eſt pro mūdi vita) Item (ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum) ex quibus patet, nullum de hoc eſſe diuinum præceptum, quamuis in primitiua Eccleſia ſub vtraque ſpecie ſumeretur.

Quot

Quot modis Euchariſtiam contingat accipere.

Ex Con. Tri. ſeſ. 13. cap. 8. huius Sacramenti accipiendi tres rationes, ſeu modi recenſentur. Nonnulli enim ſumunt Sacramentaliter tantum, & ij ſunt peccatores, qui ſecundum Apoſtolum indignè manducãt, & bibunt, non dijudicantes corpus domini. Alij ſumunt tantùm ſpiritualiter, qui videlicet voto, ac deſiderio, fide vera incenſi cęleſtem illum panem edentes, multos, ſin minus omnes illius fructus capiunt. Alij denique ſumunt Sacramentaliter, & ſpiritualiter, hi autem ſunt, qui veſtem nuptialem induti ad diuinum hoc conuiuium accedentes bonis omnibus replentur.

De miniſtro diſtributionis Eucha.

Solus Sacerdos iure diuino eſt ordinarius miniſter diſpenſandi populo Euchariſtiã. Paulus ad Corin (Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei) vbi de ſe, & alijs Sacerdotibus loquitur, & ipſe Dominus Lucæ 22. ſolis Apoſtolis, ac per illos Sacerdotibus dixit (hoc

Digitized by Google

gula, eccleſiæque præcepto de communicando in Paſchate in ſua Parochia recedant; Caueant item regulares in alienam meſſem irruant, Priuilegia, quæcunque ea ſint, ſiue vetera, ſiue recentia Parochis nota faciant, prout ex recta conſcientia tenentur, ne dum priuilegia occultant, ac quoſcunque in eorum eccleſijs accedentes communicant, Parochis adimatur facultas ſciendi, qui in ſua parochia ſatisfaciant præcepto, qui non, quando multis liberum eſt fateri a regularibus ſumpſiſſe Euchariſtiam, quam nec a regularibus, nec a Parocho ſumunt. Caueant demum Parochi ouium ſuarum rationē reddituri quod in Euangelio Ioannis x. cauendum præcepit Chriſtus, Lupus rapiat, & diſpergat, fures furentur, mactent, ac perdant oues.

Not. 3. nullo caſu laicum poſſe miniſtrare Euchariſtiam, licet deficiente Sacerdote, poſſit a terra eleuare.

De effectibus Euchariſtiæ.

Effectus Euchariſtiæ quinque præcipuè ſunt. Primus eſt gratia, data ſu-

ſcipientibus dignè, nam ſi ſecundum Ioannem gratia, & veritas per Chriſtum facta eſt, in animam quoque ſanctè ipſum ſuſcipientis influat, neceſſe eſt.

Secundus eſt remiſſio peccatorum mortalium, quoniam ſi attritus ſe cõtritum exiſtimans accedit ad Eucha riſtiam, quę gratiam, & peccatorum remiſſionem confert, mortalium veniam conſequitur, quod eſt limitandum, quando non habetur copià con feſſoris, aliter peccaretur mortaliter. Tertius effectus eſt refectio ſpiritualis poſita in maiore ad bona opera conatu, atque intrinſeca animę delectatione. Quartus eſt pręſeruatio a malis, nos enim ab impetu, ac periculo tentationum tuetur, concupiſcẽtiamque ac fomitem extinguit. Poſtremus eſt æternę gloriæ conſecutio, iuxta illud Ioannis 6. (qui manducat meam carnem, habet vitam æternam &c.)

De Sacramento extremæ vnctionis.

Pauca, quæ huius Sacramenti ratio poſtulat, quàm breuiſſimè hoc loco tradenda ſunt, atque vt idem ſeruetur

ordo,

ordo, qui in aliorum Sacramentorum explicatione ſeruatus fuit, ab ipſo ordiamur nomine.

De nomine.

Extrema vnctio, Sacramentum vnctionis infirmorum, atque exeuntium hoc Sacramentum appellatur, quia omnium vnctionum a Christo inſtitutarum poſtrema ſit, quò fideles morientes faciliorem ad æternam vitam aditum habeant.

An ſit Sacramentum, & a Chriſto inſtitutum.

Veritas hæc non eget probatione, traditur, enim in Con. Tri. de Sacramentis in genere ſeſ. 7. Can. 1. Si quis dixerit Sacramenta, nouæ legis eſſe plura, aut pauciora quam ſeptem, ſ. Bap. Con. &c. Anathema ſit, in quibus etiam numeratur extrema vnctio. Qui aſſerunt extremam vnctionem inſtitutam fuiſſe ab eccleſia, vel a B. Iacobo, audiendi non ſunt, cum, enim nouę legis Sacramenta habeant ſuam virtutem, & efficaciam diuinitus, neceſſe eſt, quod extrema vnctio a Deo ſit inſtituta. Neque obſtat, quod

Digitized by Google

Euangeliſtę de ea non fecerint mentionem, quia, vt ait D. Ioannes, multa Dominus fecit, & dixit, quæ in Euangelijs non ſunt ſcripta. Illud certiſſimum eſt, quòd D. Iacobus fuit promulgator, quando ad fideles ſermonẽ habebat. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ. & orent ſuper eum vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum.

Quid ſit Extrema vnctio.

Sic definitur a Nauaro. Eſt Sacramentum, quo presbyter vngit olęo conſecrato certas partes corporis infirmi probabiliter periclitantis certa verba cum debita intentione proferendo]. Definitur etiam a Petro Caniſio in hunc modum, eſt Sacramentum, quo ægroti per oleum Sacrum, & verba ſacroſancta in maximis morbi moleſtijs releuantur, quo item mentes infirmę curantur, vt facilius ex hoc mũdo demigrent. Circa quod.

Not. 1. de eſſentia iſtius Sacramenti eſſe vt vnctio in quinque ſenſibus, oculis ſcilicet, auribus, naribus, ore, ac mani.

manibus fiat, quę ſunt organa, ſenſuū vnctio in renibus, ac pedibus non de eſſentia, quę proinde in nonnullis eccleſijs, ac regionibus non fit, ratio verò iſtius vnctionis, & in his corporis partibus eſt vetus eccleſiæ conſuetudo, quia per quinque ſenſus mors ſpiritualis intrat in animam.

Not. 2. quod mutilati vngentur in partibus propinquioribus, in quibus vngendi erant, ſi tales non forent, quia habent potentias animę debitas illis partibus, & interius poſſunt peccare.

De materia extremę vnctionis.

Oleum oliuarum benedictum ab Epiſcopo, aut a Sacerdote de auctoritate ſummi Pontificis eſſe materiam iſtius Sacramenti Con. Tri. ſeſ. 14. cap. 1. de Inſtitutione extremę vnctionis definit, benedictio autem cum non ſit de iure diuino, ſed poſitiuo tantùm, ideo per Pontificem committi poteſt presbytero.

Not. hic oleo optimè ſignificari effectum iſtius Sacramenti in anima, vt enim oleum magnopere ad leuandos, ac mitigandos corporis dolores mul-

tùm valet; ita virtus extremæ vnctionis animæ dolores minuit, ſanitatem reſtituit, hilaritatem affert, & corporis vires in primis recreat.

De forma huius Sacramenti.

Verba, quibus ſacerdos vtitur ad ſingulas vnctiones (per iſtam ſanctam vnctionem &c.) ſunt forma, & habetur in Con. Tri. loco ſuperius citato, cuius formæ ſi aliqua verba mutentur, modò nulla fiat ſententiæ mutatio, vera eſt forma.

Not. 1. in hac forma precatione sẽper nos vti, vt a Dei benignitate impetremus, quod plerunq; ipſius Sacramenti vis non ſolet efficere, nam prçter ſpiritualem gratiam corporis quoque ſanitatem petimus.

Not. 2. ſi dicta forma proferatur per verbum indicatiui modi, ſcilicet non adhibito precationis modo ſed abſolutè tribuendo effectum miniſtro, nõ Deo ipſi, Sacramentum non confici.

Not. 3. licet plures vnctiones, & formç ſint, vnum tantùm eſſe Sacramentum, & conſtat a ſimili de Sacramento Euchariſtię.

Not.

Not. 4. Si moriatur ęgrotus fac a prædictarum vnctionum vna, aut pluribus, ſed non omnibus, cęteras vnctiones eſſe omittendas.

De miniſtro.

Quis ſit iſtius Sacramenti miniſter, apertè D. Iacobus indicat his verbis. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſię, &c. hic verò ſacerdos debet eſſe proprius; ſed ſi ab alio miniſtretur ſinè neceſſitate, Sacramentum erit verùm, peccabit autem mortaliter ipſe miniſter, qui ſi fuerit regularis, ac ſine licentia Curati miniſtret, erit excommunicatus.

Not. 1. in caſu extremæ neceſſitatis quemlibet Sacerdotem, etiam regularem poſſe miniſtrare hoc Sacramētum, & ratio eſt, quia Charitatis officium exercet.

Not. 2. ſi, facta vna vnctione, ſeu non peractis omnibus vnctionibus, moriatur miniſter, poſſe perfici per alium, & probatur a ſimili de Euchariſtia.

De ſuſcipiente.

Sacramentum hoc Infirmis, illis verò præſertim eſt adhibendum, qui ita

periculoſè decumbunt, vt in exitu vitę conſtituti videantur, in ſuſcipiente autem magna requiritur deuotio, propterea illis dandum non eſt, qui illud non poſſunt ſuſcipere cum deuotione quales ſunt qui non habent vſum rationis, cum in illis non ſint reliquiæ peccati actualis, contra quas præſertim eſt inſtitutum; quales etiam ſunt amentes, & furioſi, qui non habent dilucida interualla, ac etiam habentes, de quibus timetur aliquis furor, aut irreuerentia de improuiſo.

De effectibus.

Varij iſtius Sacramenti effectus poſſunt aſſignari, remiſſio peccatorum venialium, quod B. Iacobus dixit (& ſi in peccatis ſit, remittentur ei) diminutio reliquiarum peccati actualis, & originalis collatio ſanitatis corporalis, in primis autem peculiare auxilium contra tentationes, quas homo patitur mortis tempore. In Concilio Tridentino ſeſ. 14. Cap. 2. de iſtius Sacramenti effectibus habentur hęc verba. Res huius Sacramenti eſt gratia Spiritus Sancti, cuius vnctio delicta, ſi qua ſunt expian-

expianda, ac peccati reliquias abſtergit, & ęgroti animam alleuiat, & confirmat magnam in eo diuinæ miſericordię fiduciam excitando, qua infirmus ſubleuatus morbi incommoda, ac labores facilius fert, & tentationibus Dęmonis calcaneo inſidiantis reſiſtit, nunquam enim homo magis eo auxilio indiget, quàm in mortis inſtanti.

Not. verò quod capite damnatis Sacramentum hoc non adminiſtratur, propterea quòd in ipſis vnus effectus, collatio ſcilicet ſanitatis corporalis ceſſet.

De Sacramento Ordinis.

Sacramentum, per quod miniſtri ad ſacrum Euchariſtiæ ſacrificium eliguntur, a ſanctis Patribus Ordo dicitur, eò quòd diuerſa Eccleſiæ munera ſeruato certo ordine in eo conferantur. Hinc in Con. Tri. ſeſ. 23. Can. 6. habetur, in Eccleſia Hierarchiam cæleſtem diuinitus diſpoſitam, atq; ordinatam eſſe Subdiaconorum, Diaconorum, Presbyterorum, Epiſcoporum, nec non aliorum miniſtrorum, qui

Domino in terris deſeruiunt, ſicut Angeli in Cœlis, Troni, Dominationes, Principatus, &c.

Quando hoc Sacramentum fuit inſtitutum.

Tempore cęnæ, quando Chriſtus poſt conſecrationem panis, & vini dixit Apoſtolis (Hoc facite in meam cõmemorationem) inſtituit ordinem, quod intelligendum eſt de omnibus ſeptem ordinibus, quia Chriſtus dedit poteſtatem eccleſiæ ordinandi miniſtros ad ſacrificium Euchariſtiæ, iuxta illud ad Epheſios. Ipſe dedit quoſdam Apoſtolos, alios prophetas, alios Doctores, &c.

Quos Ordines Chriſtus ipſe inſtituerit.

Presbyteratum, & Diaconatum ſine dubio ipſemet Chriſtus inſtituit, de Presbyteratu ſuperius dictum eſt; De Diaconatu mentionem fecit Apoſtolus Epiſtola 1. ad Philippēſes. Dicũtur poſtea Apoſtoli diuiſiſſe Diaconatum in duos gradus, ſcilicet Diaconatum ipſum, & Subdiaconatum, reliquos ordines inſtituit Eccleſia.

Quid ſit ordo.

Cęterarum definitionum, quas plurimas

rimas apud rerum Eccleſiaſticarum ſcriptores memini me legiſſe, optima hæc videtur eſſe, & eſt Caniſij Doctoris Theologi in tractatu de Sacramentis. Ordo eſt Sacramentum, quo ſacerdotibus, alijsq; miniſtris eccleſię poteſtas decernitur ad eccleſiaſtica munera rite, decenterq; obeunda; ordinem autem eſſe Sacramentum confirmatur per Con. Tri ſeſ. 23. Can. 3. his verbis. Si quis ordinem, vel ſacram ordinationem verè & propriè non eſſe Sacramentum a Chriſto Domino inſtitutum, dixerit, vel eſſe figmentum quoddam humanum excogitatum a rerum eccleſiaſticarum imperitis, aut eſſe ritum tantùm quemdam eligendi miniſtros verbi Dei, & Sacramentorum, Anathema ſit.

Quot ſint ordines.

De hoc duplex eſt ſententia, vna Canoniſtarum, altera Theologorũ; Canoniſtæ aſſerũt nouem, Tonſuratum, Oſtiariatum, Lectoratum, Exorciſtatum, Acolytatum, Subdiaconatum, Diaconatum, Presbyteratum, & Epiſcopatum; Theologi dempto Tonſu-

ratu,

ratu, & Epiſcopatu, qui non ſunt ordines, ſed officia, dicunt eſſe tantùm ſeptem, porro ſeptenario numero optimè continentur, nam ſi menſam terreni regis decet varios habere miniſtros, multò magis menſę regis gloriæ habere conueniet, eoque magis quòd quæ in menſa Salomonis gerebantur, erant figura menſæ Chriſti ſecunda Theologorum ſententia ab omnibus communiter probatur.

An omnes Ordines prædicti ſint Sacramentum.

Ordinum ſuperius allatorum primi tres maiores, ſeu ſacri dicuntur, reliqui quatuor minores, ſeu non ſacri, priores ſic vocantur, quòd illis initiati propius accedant in miniſterio altaris, quàm qui minoribus, deinde etiam quòd prioribus ſit annexum votum caſtitatis ſolemne ex ſtatuto eccleſię, non quidem vt eſſentiale, ſed accidentarium, minoribus non item. Ex ijs cum D. Thoma, & D. Bonauentura dicimus Sacerdotium, Diaconatum, & Subdiaconatum tantùm eſſe Sacramēta, reliquos quatuor Sacramētalia.

Sunt

Sunt autem omnes ordines vnum tantùm Sacramentum ratione finis, & perfectionis, quia omnes referuntur ad Euchariſtiam. In omnibus autem illis eſt propria forma, & imprimitur Character.

De Tonſuratu.

Sicut homines ad Baptiſmum exorciſmis, ad Matrimonium ſponſalibus præparantur, ita tonſuratu ad ordines accipiendos; tondentur autem capilli ad coronæ ſimilitudinem ad memoriam coronæ de ſpinis contextæ, quę impoſita fuit capiti ſaluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, tondentur item in ſimilitudinem coronæ ad ſignificandam regiam dignitatem, quę maximè videtur conuenire ijs, qui ſacris initiari cupiunt; tondentur demum in multis partibus capitis ad ſignificandum contemptum rerum humanarum, quem ſemper ante oculos clerici debent habere, qui propterea clerici vocantur, quod in ſortem, & hæreditatem, Domini tunc primum veniant.

De

Digitized by Google

De Oſtiariatu.

Oſtiariatus ordine initiati eſt, templi claues, & ianuam cuſtodire, aditu eccleſiæ indignos prohibere, ad ſanctum miſſæ ſacrificium aſſiſtere, ac prohibere, ne quis Sacerdotem ſacra facientem interpellet, & ſacrarium cuſtodire. Oſtiariatus ordo dici poteſt a Chriſto fuiſſe inſtitutus mediante eccleſię auctoritate, cum e templo eiecit vendentes, & ementes; ac etiam Ioannis x. vbi Chriſtus inquit (ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur, &c.)

De miniſterio Lectoris.

Iſtius partes ſunt in eccleſia Noui, & veteris teſtamenti prophetias, & libros diſtincta, & clara voce recitare, nec non prima doctrinę rudimenta ex vetere, & probabili conſuetudine fidelibus tradere; Lectoratus inſtituendi cauſam ſumpſit eccleſia ex ipſius Chriſti actione, cum in medio doctorum interpretaretur ſcripturas, & prophetias, vel vt alij dicunt, cum accepit librum Iſaię, & legit, tum dedit miniſtro.

De

De Officio exorciſtæ.

Poteſtas exorciſtę eſt nomen Domini inuocandi ſuper eos, qui ab immundis ſpiritibus obſidētur, cuius ordo inſtitutus dicitur a Chriſto mediāte eccleſia, quando ipſe ſanabat vexatoſa ſpiritibus immundis, vnde omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.

De Acolytatu, & Acolyti functionibus.

Acolyti functiones aſſignantur, Subdiaconis, & Diaconis in altaris miniſterio dare operam lumina deferre, & aſſeruare Sacerdote celebrante, & Diacono legente Euangelium, vnde etiam Ceroferarius nuncupatur. Pręterea vrceolos, quibus aqua, & vinum in miniſterio miſſæ miniſtrantur, parat. Illius ordo dici poteſt a Chriſto inſtitutus, cum dixit ego ſum lux mundi.

De Subdiaconatu, & illius inſtitutione.

Hactenus de minorum, ſeu non ſacrorum ordinum functionibus dictū eſt, nunc videndum eſt, quę ſint partes, ſeu munera ſacrorum, atque vt a primo ordiamur, varia illius munera

recen-

Digitized by Google

recenſentur. Diacono ad altare inſeruire, Sacra lintea, vaſa, panem, & vinũ ad ſacrificij vſum parare, Epiſcopo, & Sacerdoti aquam præbere, cum manus in miſſæ ſacrificio abluunt, epiſtolam in miſſa legere, Sacerdoti ſacra facienti aſſiſtere, prohibereq; ne Sacerdos a quopiam perturbari poſſit, Ad eum etiam ſpectat in proceſſionibus crucem deferre. Hic ordo fuit inſtitutus, vt ſuperiùs diximus ab Apoſtolis, qui quidem poſſunt ſumpſiſſe cauſam illius inſtituendi ab actione Chriſti, cum in cęna linteo ſe præcinxit, pedes diſcipulorum lauit, ac Sacramenti materiam parauit.

De Diaconi munere, & Diaconatus inſtitutione.

Multiplex eſt Diaconi munus, in primis autem ad eum pertinet epiſcopum perpetuò ſequi, eumdem cõcionantem cuſtodire, ſacerdoti ſacra facienti, vel alia Sacramenta miniſtranti prȩſto eſſe, & in miſſæ ſacrificio euangelium legere, & hȩc ſunt prȩcipua Diaconi. Olim fidelium animos, vt ſacra attenderent, excitabat, miniſtrabat

ſangui-

ſanguinem, vbi erat conſuetudo,eccleſiaſtica bona diſpenſabat, tanquã oculus Epiſcopi perueſtigabat,atq; ad Epiſcopum deferebat, qui nam religioſè viuerent,& qui non,nomina catechumenorum recitabat, & ſtatuebat eos ante Epiſcopum qui Sacramento Ordinis initiandi forent, abſente epiſcopo, & Sacerdote Euangelium explanabat, non tamen de loco ſuperiore, quoniam hoc non eſt proprium illius officium . Iſte ordo inſtitutus fuit a Christo,cum doceret turbas,& interpretaretur ſcripturas , quæ de ſe ipſo erant.

De Sacerdotis munere, & Sacerdotij inſtitutione.

1 Sacèrdotis eſt Deo ſacrificium facere, & Sacramenta eccleſiaſtica adminiſtrare licet non omnia; id colligitur ex conſecrationis ritibus cum aliquis ab epiſcopo Sacerdos inſtituitur, eiq; datur poteſtas duplex; Prima ſuper corpus Chriſti verum,conficiendi ſcilicet ſacrum Euchariſtiæ Sacramẽtum,ſecũda ſuper corpus Chriſti myſticum , miniſtrandi ſcilicet reliqua Sacra-

Sacramenta, ac præcipue Sacramentum pœnitentię, retinendi videlicet, ac remittendi peccata. Sacerdotium fuit inſtitutum, cum Chriſtus panem, & vinum conſecrauit, ac dixit (Hoc facite in meam commemorationem) & hoc quoad Corpus Chriſti verum; Quoad corpus myſticum, ideſt eccleſiam inſtituit poſt reſurrectionem, cũ dixit, vt habetur Ioannis 20. Accipite Spiritum Sãctum; quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis &c.

De diuerſis Sacerdotum gradibus.

Sacerdotium habet varios dignitatis, & poteſtatis gradus, Primus eorum dicitur; qui Sacerdotes ſimplices vocantur, quorum munus iam declarauimus: Secundus epiſcoporum; qui epiſcopatibus pręſunt, qui etiam Paſtores, & Pontifices dicuntur, quorum munus eſt cæteros eccleſię miniſtros conſecrare, fidelem populum regere, & ſaluti fidelium ſibi ſubditorum conſulere. Tertium Sacerdotij gradum Archiepiſcopi obtinent, qui tametſi ab epiſcopis ordinatione nihil differunt, tamen ſuperiorem epiſcopis locum

cum, & auctoritatem habent, pluribus namq; epiſcopis præſunt, & imperant. In quarto Sacerdotum gradu numerantur Patriarchæ, ideſt primi, ac ſupremi Patres, qui olim quatuor fuere. Alexandrinus, cuius eccleſiam S. Marcus Euangeliſta fundauit, Conſtantinopolitanus, qui ob imperij Maieſtatem cęteris pręfertur; Antiochenus, vbi S. Petrus primam ſedem locauit. Hyeroſolimitanus, vbi primò eccleſiam Iacobus, frater Domini rexit. his omnibus ſacerdotibus, ac toti eccleſiæ Romanus Pontifex, Pater, & moderator, ſucceſſor Petri, & legitimus Chriſti Vicarius pręſidet, quem propterea Cirillus Alexandrinus Archiepiſcopū orbis terrarum, Patrem, & Patriarchā meritò appellat.

De materia Ordinum.

Traditio inſtrumentorum, quibus ſignificatur ſingulorum ordinum poteſtas, eſt materia, ad quam aptatur forma, ne verò repetamus ſingulorū ordinum materias, quas ex ſuperius dictis facile eſt colligere.

Not. eſt in traditione illius inſtrumenti

Digitized by Google

menti, quod primariò tendit ad Eucharistiam, imprimi characterem, quã do plura traduntur instrumenta, vt docet D. Thomas, quem ſequitur Syluester; & alij multi.

De forma.

Forma ſunt verba, quæ in traditione instrumenti, ſeu materiæ proferuntur a ministro ordinis. Circa quam.

Not. 1. inuocationem Summæ Trinitatis non eſſe de ipſius eſſentia, niſi in Bap. & Con. ſecundum communẽ Doctorum ſententiam, ex vſu tamen eccleſię decenter apponitur in ordinatione.

Not. 2. contactum materiæ in ordinato eſſe de eſſentia, & de neceſſitate Sacramenti, quia ſignificatur per formam, vt ait D. Tho. Caie. Palu. Syluester in tractatu de ordinatione, quã uis aliqui aliter putent.

De ministro.

Ordinarius ordinis miniſter eſt epiſcopus; patet ex Con. Tri ſeſ. 23. Cap. 4. Can. 3. de ſacris ordinibus, qui tamen non poteſt ordinare niſi ſuos ſubditos, & in ſua Diœceſi; Quòd ſi in aliena volue-

voluerit ordinare, requiritur licentia illius ordinarij, nec poteſt ordinare alios non ſubditos illi ordinario, niſi habeant litteras dimiſſorias a ſuis ordinarijs. Epiſcopus autem, qui ordinat alienum ſubditum abſque dicta licentia, ſuſpenditur per annum a collatione ordinum; ſimiliter ſic ordinati ſunt ſuſpenſi ad arbitrium ſui ordinarij. iuxta Con. Tri. ſeſ. 23. Cap 8. de refor. Si accedant habentes litteras dimiſſorias a P. P. vt poſſint a quocunque ordinari, eos Epiſcopus non ordinet, niſi habeant litteras dimiſſorias a ſuo ordinario de vita, ac moribus, ne ſuſpenſos, irregulares, aliosue a iure interdictos ordinet.

Not. 1. nullum poſſe conferre ordines, qui non ſit Sacerdos, & ex commiſſione Papæ Sacerdotem ſimplicẽ poſſe conferre ordines minores, quod quidem conceſſum eſt ex conſuetudine Cardinalibus; Abbatibus verò iure communi, qui tamen poſſunt ordinare tantùm ſuos ſubditos, non alios, qui ſuorum Prelatorum dimiſſorias litteras non habent. Sic ſtatuit

Con.

Con. Tri. ſeſ. 23. Cap. 10. de refor.

Not. 2. quòd ſimplex Sacerdos non poteſt conferre Presbyteratum, & Diaconatum, neque ex commiſſione Papę, ratio eſt quia miniſter ordinis eſt determinatus iure diuino.

Not. 3. ſecundum D. Thom. Syluestrum, & Belarminium Pontifici neq; licere dare facultatem conferendi ſub diaconatum ſimplici Sacerdoti.

Not. 4. ordinem collatum ab epiſcopo excommunicato, vel præciſo, interdicto, ſuſpenſo vel ſimoniaco validum eſſe, quia talis non amittit poteſtatem, tamen ſi epiſcopus ſit nominatim denunciatus talis, vel publicè notorius percuſſor clerici, ab eo ordinatus eſſet ſuſpenſus; At verò ordo collatus ab epiſcopo non conſecrato non eſt validus, quia non habet poteſtatem. Sede vacante Capitula, ſeu collegia eccleſiarum concedunt ſubditis litteras dimiſſorias non tamen ante annum elapſum a die vacationis.

Quot modis fiat quis ſubditus Epiſcopo.

Tripliciter quis eſt ſubditus epiſcopo, ratione originis, quia in illius Diœ-

ceſi

ceſi ortum habuit, atque ibi manſit, ratione beneficij, in quo beneficiarius reſidere tenetur, Tertio ratione domicilij quod quis habuit ad tempus decennij, vt omnes tenent communiter. Circa quod.

Not. ordinatos a P. P. ſubdiaconos, vel Diaconos, nulla ratione poſſe promoueri ad ordines ab alio, quàm ab ipſo PP. cui ſoli, quoad hoc ſunt ſubditi.

De ſuſcipiente.

In promouendo ad ſacros ordines quatuor præcipuè requiruntur, quòd vitijs, & impedimentis careat ordinum ſuſceptionem impedientibus; quòd habeat ætatem legitimã; quòd habeat requiſitam ſcientiam, quòdque vitę, & morum integritate valeat.

Primo igitur a ſacris ordinibus arcentur furioſi, amentes, carentes vſu rationis, ſpurij, viri ſanguinum, bigami, pręterea feminæ, hermaphroditi, non Baptizati, non confirmati, ſuſpenſi, interdicti, peregrini, qui nullis certis ſedibus continentur, niſi ha-

beant litteras autenticas ſuæ peregrinationis, corpore vitiati, in fames,& irregulares omnes.

Secundò arceantur,qui non habent ætatem legitimam, quæ requiritur de neceſſitate pręcepti, vt ſcilicet nemo primam tonſuram ſuſcipiat ante ſeptennium, a ſeptennio verò, & deinceps poſſunt conferri minores ordines ijs ſaltem, qui latinam linguam intelligant; nullus verò ad ſub diaconatus ordinem ante vigeſimũ ſecundum, ad Diaconatum ante vigeſimum tertium,ad Presbyteratum ante vigeſimum quintum poteſt promoueri, At verò ſatis eſt annum eſſe inchoatum, non autem perfectum. Adhęc interſtitia ab vno ordine ad alium requiruntur, de quibus Con. Tri.ſeſ.23.cap.13.& 14.agit,quę quidem arbitrio Epiſcopi ſolent diſpenſari. Quòd ſi infans ſacris ordinibus initietur,etiam Sacerdotio, ſuſcipiet characterem ordinis, ſed ad votum caſtitatis non tenetur, niſi poſt annũ quartum decimum completum ratificet, cognita voti obligatione. Ex qui-

quibus colligitur in adulto ſuſcipien te ſacros ordines requiri intentionē. Tertiò requiritur ſcientia rerum diuinarum, atque eorum cognitio, quę ad Sacramentorum vſum pertinent; duo namque ſunt, munera Sacerdotis, vnum, vt Sacramenta ritè conficiat, alterum, vt populum erudiat ijs rebus, quæ ad ſalutem neceſſariæ sũt, vnde Malachias teſtatur, Labia Sacer dotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Quartò, & poſtremò arcentur vitæ, & morum integritate carentes, in ijs namque qui ſuſcipiunt ordines requiritur ma xima innocentia, ac probitas; quare in eccleſia ſeruatum, ſemper videmus, vt qui ſacris initiandi ſunt, pęnitentiæ Sacramento prius conſcientiã purgent.

Quotuplici titulo quis poſſit ordinari.

Quàm turpe, atque indecorum ſit ſacros ordinis charactere inſignitos neceſſaria ad victum, ac veſtitum mē dicare, ac ſordidè quęrere, optimè nouit San. Tridentina Synodus cap. 22.

ſeſ 21. cum ſtatuit ne clericus ſæcularis quamtumuis moribus, ſcientia, ætate idoneus ad ſacros ordines promoueatur, qui non habeat vnde viuere, eodemque capite ſtatuit duos titulos ordinandorum ſæcularium; beneficij videlicet, ac Patrimonij, quę talia ſint, vt ad vitam ſuſtentandam ſufficiant, quæque nullo modo alienari, extingui, remittiuè poſſint, niſi aliunde ſuperſit neceſſaria ſuſtentatio. Ad quos titulos additur tertius religionis approbatæ profeſſio. Quare titulus ordinandorum erit triplex, vt patet ex dictis. Id ipſum, quod ſuperius, S. Synodus ſeſ. 24 cap. 17. vbi agit de pluralitate beneficiorum non obtinenda, mandat fieri, habenti nãque vnum beneficium, quod ad vitã honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, aliud ſimplex conferri poſſe affirmat. Quantitas autem Patrimonij, beneficij, vel penſionis arbitrio ordinarij ſecundum locorum diuerſitatem eſt ſtatuenda. Sed cum quis ex beneficio, ac patrimonio coniunctis habet tantum, quantum ſufficit, ordinari

poterit,

poterit, non tamen ſi inſufficienti beneficio, vel patrimonio iungantur emolumenta incerta, vel lucra ex induſtria, & hoc ex ſententia ſacræ congregationis.

Ex decretis Con. Tri. iam allatis nemini non patet quid ſentiendum ſit de titulatis, qui in iſtius inclitæ vrbis venetiarum eccleſijs vt cunque collegiatis deſeruientes a pueritia aſſiduis laboribus, vigilijs, per noctationibus, fame, ac ſiti ferendis demum pretio ſanguinis tenue aliquod ſibi beneficium compararunt, ex cuius annuo prouentu vitam nequeunt ſuſtentare. Patet ſimiliter num poſſint aliud beneficium in aliena diæceſi habere. Patet tandem omni diligentia, ac ſtudio eſſe curandum, ne inopia, ac egeſtate confecti, non ſine magno eccleſiaſtici ordinis dedecore cogantur turpia lucra ſectari.

At verò diſpenſationes oẽs, ſiue tacita ſiue expreſſas ad hoc vſq; tẽporis factas, atque impoſterum faciendas clericis venetis de non reſidendo, atque habendo alia beneficia in alienis

De pœnis, quas incurrunt malè accipientes ordines.

In multos contra eccleſiaſtici iuris ſtatuta accipientes, atque adminiſtrantes ordines animaduertit eccleſia, ex quibus aliquot ex Nauaro cap. 27. num. 41. de Irregularitatè malè accipiendi, atque adminiſtrandi ordines, aliquot item ex Toleto libro 1. cap. 49. atque ex additionibus Martini fornario ad ipſius Toleti ſummam hoc loco ponere viſum fuit.

Qui ſciens, ac debens ſcire ſe eſſe excommunicatum, excommunicatione maiore, interdictum, ſuſpenſum a ſuſcipiendis ordinibus, ordinatur, eſt irregularis.

Qui quatuor minores & Subdiaconatum eodem die ſuſcipit, & a fortiori, qui duos maiores, eſt ſuſpenſus, & cum ſuſcipiente duos ſacros ſolus papa diſpenſat.

Qui ordinatur ab Epiſcopo, qui Epiſcopatu ſe abdicauit, quoad locum, & dignitatem, eſt irregularis, licèt de auctoritate ſui Epiſcopi ordinetur, hoc verò intelligitur de maioribus.

Qui ordinatur ab Epiſcopo excommunicato, interdicto, ſuſpenſo, ſimoniaco, Schiſmatico, Hęretico, Depoſito, Degradato, eſt irregularis, modò Epiſcopus talis fuerit denunciatus, poteſt tamen Epiſcopus diſpenſare cum eo, qui ignorauit denunciationem.

Qui vtitur ordine, quem non habet, ſi eo vtatur ſerio, ac tanquam eo ordinatus, non vt laici interdum exercent officium minorum ordinum, eſt irregularis iuxta Sāctū Tho. in 4. diſtinctione 24.

Qui promonetur ad ordines ſimoniacè, eſt excommunicatus, & ſuſpēſus ab executione ordinum iuxta extrauagantem (Cum deteſtabile,) de Simoniacis, & abſolutio eſt reſeruata P. P. præſertim ſuſpenſionis in hoc tamen excuſat ignorantia probabilis facti, ideſt Simoniæ ab alio commiſſæ in fauorem, ordinati hoc ignorantis.

Qui abſq; litteris dimiſſorijs ante ætatem legitimam, vel extra tempora ordinem aliquem ſacrum ſumit, ipſo iure eſt ſuſpenſus, ac ſi antequam

abſo-

abſoluatur, illum exercet, fit irregularis, excuſat tamen bona fides, & ignorantia inuincibilis.

Qui litteris ſubreptitijs, ſeu falſis ordinatur, eſt ſuſpenſus at excuſat bona fides, vel error in litteris, quia Notarius errauit in ijs, quæ non ſunt de ſubſtantia.

Qui ſede vacante ante annum elapſum a die vacationis per litteras Capituli minoribus initiantur, priuilegio carent Eccleſiaſtico, qui maioribus, ſunt ſuſpenſi ad placitum futuri Prælati.

Vltramontanus ordinatus ab Epiſcopo Italo ſine licentia P. P. vel ſui Epiſcopi cauſam exprimentis, cur ipſe non ordinauerit, eſt ſuſpenſus ipſo iure, atque cum eo non diſpenſat, niſi P. P. quique ordinauit, grauiſſimè eſt puniendus.

Qui ordinatur contra prohibitionem ordinantis, ſi prohibitio fuit facta ſub pœna excommunicationis latę ſententię, eſt excommunicatus, & irregularis; & cum eo ſolus P. P. diſpenſat.

vel vt eſt vnum ex ſeptem eccleſiæ Sacramentis; Quare duo hęc de eo nobis videnda erunt; ſed quando ad iuniores, ac minus in Sacrarum lit. erarum ſtudijs verſatos totum iſtud opus ſcribitur, idcirco quibuſdam premiſſis primùm de Matrimonio, vt eſt coniunctio naturalis; tum, abſoluto ſponſalium tractatu, de eo, vt eſt Sacramentum, de illius eſſentialibus, de acceſſorijs, de vetitis per ipſum de impedimentis impedientibus, de dirimentibus, demum de omnibus, ac ſingulis rebus, quæ in hāc materiam cadere poſſunt, agetur.

De nomine.

Quòd proprium matris munus ſit conceptos, & genitos ex ſe filios educare, iſtiuſmodi nomen ſumpſit hoc Sacramentum, quod etiam coniugium dicitur, quia mulier cum viro quaſi vno iugo copulatur. Inſuper Nuptiarum nomine gaudet, voce deſumpta a veteri conſuetudine, quòd nouę nuptæ, dum viro traderentur, flammeo prę pudore caput obnuberent.

De inſtitutore matrimonij.

Solus Deus immediatè, non per aliquem miniſtrum inſtituit matrimonium; & probatur, quia inſtituta Miniſtrorum reuocantur, & diſpenſantur ab ijſdem miniſtris, Matrimoniũ verò eſt indiſpenſabile, & irreuocabile, nam quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.

De inſtitutione, vt eſt naturalis coniunctio.

Quatenus officium naturæ inſtitutum fuit a Deo in ſtatu innocentię; patet Geneſis primo Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & tunc fuit ſub pręcepto, & obligabat tranſgreſſores ad mortale. Ratio eſt, quia ſicut alimenti ſumptio eſt ad conſeruationem indiuiduorum pręcepto, & Diuino, & naturali neceſſaria, ita vt alimentum non ſumens ſui ipſius eſſet homicida, ac reus præcepti (Nõ occides) ſic tunc erat præceptum diuinum, & naturale matrimonij, ad humanam ſpeciem conſeruandam, quod nunc non obligat, cum non ſit multiplicatio neceſſaria. Quòd ſi ob peſtem, vel aliam calamitatem eccle-

ſia

ſia Romana veniret ad tantam hominum penuriam, vt periculum eſſet, ne fides Chriſtiana corrueret, Chriſtiani, ac etiam ipſi religioſi, ſi alij non forent ſuperſtites, ad matrimonium eſſent compellendi, quia ſolemneque votum non obligat, quando eius obſeruatio eſt cum iure diuino, ac naturali incompaſſibilis, quale eſt ius de conſeruanda humana ſpecie, quo in caſu ipſi reges, a principes tenerentur ſubditos ad Matrimonium compellere.

Quid ſit matrimonium, vt coniunctio naturalis.

Matrimonium vt coniunctio naturalis, quale nunc etiam eſt apud infideles, aliud non eſt, quàm mutua viri, & mulieris donatio corporum per mutuum conſenſum facta, vnde etiã dicitur Matrimoniũ eſſe dare fidẽ cõſenſus. In matrimonio conſiderantur contractus & vinculum. Contractus eſt ipſum pactum mutuæ donationis corporum, & ſicut pactum nõ manet ſed tranſit; ſic contractus ipſe tranſit, remanet autem vinculum, quod ſic poteſt definiri ex Con. Tri.

ſeſ.

ſeſ.24. Eſt perpetuus, indiſſolubiliſq; nexus, quo duo tantùm copulantur, & iunguntur in matrimonio, quod quidem Protoplaſtus humani generis Spiritus Sancti inſtinctu pronunciauit cum dixit (Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea) quãobrem relinquet homo patrẽ ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.

Quòd ſi quis obijciat tempore legis naturæ, ac etiam Moſaycæ Sanctos Patres plures habuiſſe vxores; ijs reſpondendum eſt, fuiſſe licitum ex peculiari diſpenſatione, ac etiam Iſraelitæ ante aduentum Chriſti, qui non habuerunt reuelationem, poterant habere plures vxores, & ratio eſt, quia quod fit exemplo ſanctorum, iure factum putatur.

Quomodo differat matrimonium naturale a matrimonio Sacramento.

In eo maximè differunt inter ſe, quòd etſi matrimonium naturale tãquam ſanctum a gẽtibus habebatur, ac per illud adulteria, ſtupra, vagique concubitus prorſus damnabantur, nullam

nullam tamen Sacramenti vim habebat, neque vllam gratiam conferebat. Prçterea matrimonium vt naturalis coniunctio inſtitutum fuit tantum ad propagandum humanũ genus, vt verò Sacramentum tanquam ſignum immenſę erga nos charitatis Chriſti. Vnde fit, vt frequenter ſacræ litterę nuptiarum ſimilitudine diuinam Chriſti, & eccleſię copulationem nobis ante oculos ponant.

De inſtitutione vt eſt Sacramentum.

Poſt lapſum primi parentis propter iuſtitiæ amiſſionem, cum appetitus rectæ rationi cæpit repugnare, matrimonium fuit inſtitutum, gratiamque illi impertiuit, ac paſſione ſua promeruit Chriſtus, quæ & naturalem amorem, indiſſolubilemq; vnitatem confirmaret, & ad vitanda libidinis peccata humano generi vires adderet, quod Paulus Apoſtolus Primo ad Corinthios affirmat; propter fornicationem vnusquisque ſuã vxorem habeat, & vnaquęque ſuum virum.

Quo

dicerētur ſponſalia, licèt vterque teneretur ſeruare promiſſionem. Circa quod.

Not. ſponſalia non eſſe de neceſſitate matrimonij, ſicut nec exorciſmus de neceſſitate Baptiſmi, verùm de congruitate.

Cur ſponſalia inuenta fuerint.

Frater Ioānes Viguerius D. Theo. in ſuis inſtitutionibus cap. 16. de Spōſalibus tres ob cauſas inuenta fuiſſe dicit. Primo ad fouendam amicitiam contrahentium, ne maritus habeat ſponſam vilem ſtatim ſibi traditam; Secundò ne aliquod incurratur impedimentum; Tertiò ne fiat alicui præiudicium circa deſponſationes.

Quomodo differant a matrimonio.

Ex ſuperiore ſponſalium definitione ſatis liquet; quandoquidem ſponſalia ſunt de futuro, matrimonium de præſenti; Præterea in ſponſalibus nulla fit traditio corporum, in matrimonio autem ſic.

Qua ætate poſſint contrahi.

Cum quis eſt aptus ad præſtandum conſenſum alicui contractui, tunc poteſt

poteſt & ſponſalia contrahere, quod tempus ætatis dici poteſt eſſe a ſeptẽnio expleto, quia tunc quis vtitur perfecto rationis vſu, adueniente autem pubertate poterit contrahi matrimonium, ad quod contrahendum in maſculis attenditur annus 14. in fœminis 12 expletus. At verò.

Not. quòd quandoque malitia ſupplet ætatem ſecundum Doctores.

Quot modis ſponſalia contrahantur.

Toletus in ſua ſumma Cap. de ſpõſalibus ait quatuor. Primo per abſolutam, & ſimplicem promiſſionem, .i. ſine vlla conditione aut onere ad obligationem addito. V. G. cum quis dicit (Ducam te vxorem) pars altera reſpondet (nubam tibi) Secundò per abſolutam promiſſionem accedente aliquo onere, putà iuramento, donatione annuli, aut alicuius arræ. Tertiò per promiſſionem conditionatã, de conditionibus autem agetur, cum de matrimonio conditionato. Quartò, & poſtremò cum fiunt per promiſſionem virtualem, cum ſcilicet duo impuberes, vel vnus impubes contrahunt

hunt de prӕſenti tunc enim non cenſetur matrimonium, ſed ſponſalia; quia Eccleſia non vult admittere illum conſenſum, niſi tanquam de futuro.

Quot modis tranſeant in matrimonium.

Duobus modis tranſeunt in matrimonium de prӕſenti. Primo per copulam carnalem ſubſecutam vxorio affectu, cum intentione ſcilicet conſumandi matrimonium. Neque obſtat, quòd poſt Con. Tri. ſponſalia de futuro per nullam copulam efficiant verum matrimonium, quod ante ipſum iure communi efficiebant, quia licèt concilium irrita, ac nulla declaret matrimonia Clandeſtina, quӕ non fiunt ante duos, vel tres teſtes præſente Parocho; non tamen annullat ſponſalia, immo, vt ait Na. cap. 26. num. 144. De peccatis coniugatorum coniux tenetur complere matrimonia clandeſtina. Secundò tranſeunt in matrimonium per declarationem conſenſus de præſenti verbis aliquo aperto ſigno factam, nō alias, quantumuis ſimul habitent, aut

copulam

oſcula, & complexus interueniant, ac etiam copula tentetur, vt ait Nau. eodem loco.

Quot, & quibus modis ſponſalia ſoluantur.

Communiter ij decem ſeptem recenſentur.

Primus per partium remiſſionem licèt ſint iurata; nam vt alij contractus licèt iuramento firmati poſſunt ſolui partium conſenſu, haud aliter hic, neque enim ibi eſt periurium, quando vtraque pars iuri ſuo cedit, ac Deus recipit in vtilitatem partium.

Secundus per alterius in religionis ingreſſum, etiam antequam emittatur profeſſio, ea ratione, ne poſtea huic objiciatur quòd fuit inconſtans religioſus, in hoc verò caſu matrimonium ratum nō ſolueretur ante profeſſionem, conſummatum autem nullo modo.

Tertius per ſuſceptionem ordinis maioris, putà Subdiaconatus, aut alterius.

Quartus per votum ſimplex caſti-
tatis

tatis factum ante, non poſt ſponſalia, quia ijs factis vnus in alterius damnum vouere non poteſt.

Quintus per matrimonium, de pręſenti cum altero, ſiue matrimonium ſit conſumatum, ſiue non.

Sextus per alterius in longinquas regiones migrationem, vnde reditus ſit incertus.

Septimus per ſuperuenientem affinitatem in eo, quòd altera pars rem habuit cum cognata ſponſę, vel e cōtra intra gradum prohibitum, ideſt primum, & ſecundum ex Decreto Con. Tri. cap. 4. ſeſ. 24. de reformatione matrimonij.

Octauus per nullitatem, quando fuerunt contracta ante legitimum tempus contrahendi.

Nonus per lapſum pręſtituti temporis ad matrimonium, ei verò, qui non affuit ſtatuto tempore, pęnitentia eſt imponenda.

Decimus per morbum poſt ſponſalia contractum, putà Gallicum, Lepram, contagioſum, vel per deformitatem notabilem.

Vnde-

Vndecimus per fornicationem, cum alterfornicatus eſt, tunc enim qui accepit iniuriam, poteſt ſoluere, non autem fornicator, niſi ex voluntate alterius partis, quod etiam procedit in fornicatione ſpirituali per hęreſim poſt ſponſalia.

Duodecimus per inimicitiam notabilem poſt ſponſalia contractam inter contrahentes.

Tertiusdecimus per ſuperuenientem cognationem legalem ratione adoptionis.

Quartus decimus per omiſſionem implementi promiſſionis, vt dotis, &c.

Quintusdecimus per famã, quod inter ſponſos ſit impedimentum matrimonij.

Sextusdecimus per morum alterius aſperitatem.

Decimusſeptimus per aliquid ſuperueniens poſt ſponſalia, quod ſi præceſſiſſet, non fuiſſent contracta.

Quid ſit matrimonium, vt Sacramentum.

Ex definitionibus, quas memini me legiſſe, ea mihi maximè probatur

quæ

Digitized by Google

quę a Petro Caniſio traditur in ſuo de Sacramentis eccleſię tractatu. Eſt Sacramentum, quo vir, ac mulier legitimè contrahentes indiuiduam vitæ ſocietatem ineunt, gratiaque diuina donantur, cum vt ſoboles chriſtianè ſuſcipiatur, ac educetur, tum vt humanæ libidinis, & incontinentię peccatum declinetur. Dicitur Sacramentum pro genere, additur (quo vir, ac mulier legitimè contrahentes) quia non omnis vir cum omni fęmina poteſt hūc inire cōtractū, ſed ij tantùm, qui non prohibentur impedimentis, quę inferius ponentur; ſequitur (indiuiduam vitæ ſocietatē ineunt) vt diſtinguatur Sacramenti cōtractus a reliquis contractibus, qui per voluntatem contrahentium diſſoluuntur, vt etiam ſignificetur obligatio ad reddendum debitum, ſi petatur, ita vt neuter ſine alterius facultate poſſit continentiam profiteri; ſubijcitur (gratiaque diuina donantur) ad differentiam Sacramentorum veteris legis. Demum concluditur (cum vt ſoboles Chriſtianè ſuſcipiatur,

tur.&c.) vt oſtendatur finis matrimo
nij, ideſt proles, ac remedium ad vi-
tandum concupiſcentiam.

De materia, & forma.

Variæ ſunt de hac re opiniones; sũt
qui dicant, Palud. Adri. Syl. Q de ma.
trim. contrahentes ipſos eſſe mate-
riam; verba autem vtriusque conſen·
ſum exprimentia eſſe formam. Sotus
lectione 4 de matrim. contrahentes
ipſos materiam eſſe ait, in qua perfici-
tur, & ex qua integratur matrimo-
nium. Nauarus de matrimonio nu.
20 cum canonum peritis dicit mu-
tuum coniugum conſenſum eſſe ma-
teriam, verba autem, ſeu ſigna con-
ſenſum ipſum declarantia eſſe for-
mam. Nos cum D. Thom. in 4. diſt. 26.
q. 2 ar. 1. ad 1 dicimus, verba vtriusq;
coniugis ſibi inuicem eſſe materiam,
ac formam, & ratio eſt, quia ſibi in-
uicem præſtant, ac recipiunt eſſe Sa-
cramentale, verba ſcilicet ab altero
coniuge primò expreſſa conſenſum
declarantia ſunt materia, verba verò
ab altero ſecundò explicata ſunt for-
ma, quia præcedentibus dant eſſe Sa-
cra-

cramentale, quod proprium eſt ipſius formę.

De conſenſu.

Non aliter matrimonium contrahitur, quàm per mutuum conſenſu contrahentium, & apertè definitum eſt in Con. Flo. vbi mutuus conſenſus de præſenti cauſa efficiens matrimonij nominatur. qui conſenſus verbis, vel ſignis eſt exprimendus; ſecus matrimonij contractus non efficitur, Deus enim ſolus intuetur cor, homo autem quod foris apparet. Verba sũt, quę communi omnium ſententia ſignificant ſtatim vnà cum dicto alterũ alteri ſui corporis poteſtatem tradere, V. G. ego te in maritum accipio, & ego accipio te in meam vxorem; volo te eſſe meam vxorem, & ego volo te eſſe meũ maritum, & alia ijs æquipollentia. Nutus verò, ſeu ſigna erũt motus oculorum, capitis, & corporis conſenſum exprimentia, etiã auditio, taciturnitas ſine contradictione; vt cum pater, tutor contrahit pro filia pręſẽte, audiente, & non contradicente.

De miniſtro.

Non deſunt qui iſtius Sacramenti miniſtrum eſſe ſacerdotem aſſerant, quorum ſententia (ipſorum pace dixerim) minimè probanda videtur, ſequeretur enim matrimonia ante Cōcilium contracta nullo ſacerdote præſente non fuiſſe vera, quare coniuges ipſi vidētur eſſe, aut potius reipſa ſunt miniſtri, quoniam ſibi inuicem materiam, ac formam miniſtrant, forma enim Sacramenti eſt miniſtri actio, & cum actio contrahentium (accipio te in meam &c.) ſit forma, profectò non Sacerdos, ſed contrahentes erunt miniſtri, quod verò Con. Tri. dicit nullum eſſe verum matrimonium niſi præſente ſacerdote, intelligendum eſt de validitate contractus.

De effectibus.

Principalis effectus eſt vnus, qui reliquorum Sacramentorum, ideſt gratia, ex qua tres minus principales proueniunt, qui dicuntur bona ipſius Sacramenti. Amor perfectus inter coniuges, Fides, ſeu fidelitas aliter dictus; Vinculi matrimonialis confirmatio, aliter

aliter Sacramentum ; Sanctificatio coniugum ad generandos, ac religioſè educandos liberos, aliter Proles dicta.

De copula.

De eſſentia matrimonij nequaquã eſt copula, matrimonium enim ratum abſq; vlla copula eſt eſſentiale, integrum, & verum. Conſtat exemplo B. M. V. & B. Ioſeph, inter quos fuit verum matrimonium.

Solùm ipſe indiſſolubilis nexus eſt de eſſentia, copula eſt de perfecta accidentali integritate, tunc enim dicitur res aliqua accidentaliter perfecta, quando potentia reducitur ad actum, & copula coniugalis eſt vſus, & operatio matrimonij.

De obligatione reddendi debitum.

Coniugale debitum mutuò eſſe reddendum affirmat Apoſtolus ad Corin. vir reddat debitum vxori, & vxor viro; qui enim negat copulam alienum inuito domino retinet, proinde iniuſtitiæ crimen admittit, quod eſt mortale, niſi debitum adeo remiſsè petatur, vt iuri cedatur ſuo, in hoc, enim

debitum coniugale ſimile cenſetur debitis ciuilibus; quòd quando remiſsè petuntur, cenſentur non inuitis dominis teneri, eſt tamen illud ſeruandum, vt vir vxori interpretatiuè, vel per inſinuationem petenti reddat, vxores enim præ pudore non aliter petere conſueuerunt. Ex quibus ſequitur neutrum coniugum poſſe votũ emittere non reddendi debitum, ſi petatur cum non ſit ſui corporis dominus, & votum tale ſit actus iniuſtitiæ. At verò debitum non petitum loco, ac tempore idoneis non eſſe reddendum Nauar. cap. 16. num. 26. aſſerit, cum ſcilicet petitur in locis ſacris, & publicis, aut cum probabiliter timetur ob id incurrere mortem, graue ſcandalũ, infirmitatem, abortiendi periculum, quę tamen omnia cum moderatione ſunt intelligenda, neque enim hinc anſam maritus, vxorue debent arripere, vt ea propter ſemper mutuum negent debitum, nam etſi aliquando periculum adeſt, iuſtitiæ tamen ratione habita, eiuſdem legibus eſt ſatisfaciendum, quòd ſi qua coniux ſana cũ

viro

viro leproſo, vel habente morbum gallicum coiret non curans periculum infectionis ex contagione, non ſolùm non peccaret, ſed etiam mereretur, ſi id ex charitate faceret.

De poligamia, ac diuortio ſublatis per matrimonium.

Quantum legis naturæ, ac Moſaycę matrimonijs legis Euangelicæ matrimonium pręſtet, ex eo licet colligere, quòd per illud poligamia, ac diuortium inſtitutioni ipſius matrimonij omnino aduerſantia excluduntur. Matrimonium ſi quidem a Deo fuit inſtitutum, vt eſſet coniunctio duorum; non plurium; habetur ex geneſi cap. 2. vbi legitur Erunt duo in carne vna; & Adhęrebit vxori ſuę, præterea non ſunt duo, ſed vna caro; quod dicitur duo, quod item dicitur vxori ſuæ excludit pluralitatē vxorum, ſeu Poligamiam, quam in lege naturali complures ſecuti ſunt, vnde matrimoniū a primo ortus ſui decore, atq; honeſtate proculdubio decidit. Inſuper matrimonium fuit inſtitutum a Deo, vt eſſet indiſſolubile vinculum, in lege

verò Moyſis Iudæi legitimam ob cauſam dato libello repudij proprias vxores repudiantes alías ducebant, vt habetur Deutero. 24. Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam coram oculis eius propter aliquam fæditatem, ſcribit libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eã de domo ſua. Hoc ipſum vinculo indiſſolubili, atque inſtitutioni matrimonij aduerſabatur, vtrumq; verò poſt Chriſti aduentum, atque euangelium ſublatum eſt, ac matrimonium in priſtinum ſtatum fuit reſtitutum. Hinc fit, vt ſi quis infidelis ad fidem conuerſus iuxta morem gentis ſuę plures habet vxores, primam retineat, cęteras relinquar.

Quomodo, & quando matrimonio iuncti poſſint ſeparari.

Tripliciter contingit inter maritũ, & vxorem fieri ſeparationem; interdum in totum & quoad vinculum, interdum quoad torum, & habitationem; interdum quoad torum, ſeu lectum tantum.

Quoad totum, ſeu vinculum diuiditur

ditur matrimonium, antequam ſit conſumatum copula carnali, & hoc duobus caſibus. Primo per profeſſionem ſolemnem religionis approbatæ, quod eſſe de fide definiuit Con. Tri. ſeſ. 24. Can. 6. Diuiditur ſecundò per diſpenſationem P. P. iuſta de cauſa factam, & hæc eſt ſententia Canoniſtarum, & Theologorum canonum peritorum contra puros Theologos, vt ait Nauar. Cap. 22. n. 21. de matrimonio, vbi ait, Paulum 3. & Pium 4. Pontifices diſſoluiſſe quædam matrimonia clandeſtinè contracta, nondum conſumata in remedium animarum alioquin probabiliter periturarum, circa quod.

Not. matrimonium contractum inter infideles etiam poſt conſumationem diuidi, ſi vna pars ad fidem catholicam conuertatur, & altera noluerit ei cohabitare ſine contumelia creatoris quia inter eos non eſt Sacramentum, ſed contractus tantùm.

Quoad torum, & cohabitationem, ſed non quoad vinculum diuiditur propter fornicationem iudicis aucto-

ritate iuxta illud Matthæi 19. Qui dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, męchatur, quod tamen vim habet, quandiu vir poſt ſeparationem, caſtè vixerit, nam ſi adulterium commiſerit, ius ſuum amittit, & vxorem ſibi reconciliare tenetur, quod idem vxor poteſt facere cum viro, licèt propter honeſtatem iuri ſuo debeat cedere, vt virum a concubina auertat circa quod.

Not. 1. Si crimen notorium fuerit, ac publicum, poſſe coniugem innocentem ab vxore adultera propria auctoritate ſeparari, quod ſi eam poſtea admiſſi criminis pœniteat, ac pœnitens noſcatur, probeturq; vir poteſt, & debet reconciliari, & cohabitare cum illa, vt ait D. Auguſtinus li. 2 de Adul. Coniugibus cap. 6. Cur vir fidelis non recipiat vxorem, quam recipit eccleſia, aut cur vxor viro adultero, ſed pœnitenti non ignoſcat, cui ignouit Chriſtus?

Not. 2. coniuges poſſe ſeparari, ac non teneri ſimul cohabitare cum periculo mortis corporalis, ac multò minus

nus cum periculo mortis ſpiritualis. V. G. vxor poteſt diſcedere a marito Hæretico inducente in hæreſim, vel aliud peccatum mortale, a quo retrahi non poſſit, eò magis, quòd eidem licet a volente occidere, venenare, vel alio modo vita priuare.

Not. 3. poſſe vxorem marito adultero, etiamſi publicè adulteretur, cohabitare, ſimiliter maritũ vxori adulteræ, mutuoq; petere, ac reddere debitum, modò adulterium diſpliceat, ac loci, temporis, perſonarumque circumſtantijs penſatis probabile ſit, nõ ſine magno ſcandalo, aut publico, & priuato damno ab adulterando poſſe deſiſtere.

Quoad torum tãtùm diuiditur ob fornicationem per ſolum euangelij auctoritatem in pœnam perfidiæ con iugalis, dummodò crimen ſit certum, ac veriſſime de eo coniecturæ habeantur; quoad torum etiam diuiditur vnanimi conſenſu, & ad certum tempus, vt ſacris precibus detur opera, præſertim diebus magnorum feſtorum Paſchatis, Natiuitatis domini, & aliorũ,

Digitized by Google

in quibus Euchariſtia ſumenda eſt; at verò ſecundum Paulum 1. ad Corint. ad matrimonij vſum eſt redeundum, ne Satanas tentet propter incontinentiam.

De ſeparatione coniugatorum per ingreſſum religionis.

Coniugatis a coniugali vita ad religionem tranſire volentibus eſt integrum ab inuicem ſeparari, ita tamen, vt vterq; religionem ingrediatur, ſi iuuenes ſint, ac ſuſpecti de incontinentia; Si verò alter tantùm velit ingredi religionem, tunc qui manet in ſæculo debet eſſe prouectę ætatis, ac de licentia Epiſcopi vouere continentiam, & hoc definitum eſt ab Honorio P. P. in regula Seraphicę religionis, vbi agitur de ingreſſuris religionem, quibus ſeruatis poterit quis ad ſacros ordines promoueri, ac etiam ad Epiſcopatum aſſumi, ſi vxor ſit eius ætatis vt non poſſit haberi de ea ſuſpicio, aut ſi ſit ſuſpicio, ingrediatur religionem. Sed verò.

Not. 1. vnum coniugum ſine alterius licentia non poſſe ingredi religionem,

Digitized by Google

nem, ſeu profeſſionem emittere, ac ſi emiſerit, irritam eſſe.

Not. 2. eum, qui de licentia alterius profeſſus ſit religionem, poſſe extrahi ab illo, qui in ſæculo manet, quo mortuo tenetur in religionem redire.

De ſeruandis in celebratione matrimonij.

Sacroſanctę Tridentinæ ſynodi Patres grauia peccata, quę in contrahendis matrimonijs admitti ſolent, irritaque matrimonia ipſa reddant, perpendentes, præcepta quędam, haudquaquam nobis hoc loco prætermittenda, ad dignè, ac ſalubriter tale, ac tantum Sacramentum ſuſcipiendum valde neceſſaria tradidere, quę ex cap. 1. de reformatione matrimonij ſeſ. 24. collecta hęc numerantur.

Primum Parochus contrahentium tribus continuis diebus feſtis inter miſſarum ſolemnia, publicè denunciet inter quos matrimonium ſit contrahendum, vt noſcatur, ſi aliquod legitimum impedimentum adſit.

Secundum denunciationibus factis ſi nullum apponatur impedimentum ad celebrationem matrimonij in fa-

cie eccleſiæ procedatur, vbi Parochus duobus, vel tribus teſtibus pręſentibus viro, & muliere de mutuo in matrimonium conſenſu interrogatis, ſi cōſenſerint, his, vel huiuſmodi vtatur verbis iuxta receptum ſuæ regionis vſum. Ego vos in matrimonium coniungo in nomine P. & F. & Spi. ſ.

Tertium coniuges ad benedictionem Sacerdotalem in templo accedant, quę benedictio ex ſtatuto ipſius S. Synodi a nullo, niſi a proprio Parocho, vel ab alio de ipſius licentia, vel ordinarij eſt facienda, quam ſi alius facere auſus fuerit, tandiu manebit ſuſpenſus, quandiu ab ordinario Parochi fuerit abſolutus.

Quartum Parochus habeat librū, in quo coniugum, & teſtium nomina, diemq; ac locum contracti matrimonij deſcribat, atque apud ſe diligentiſſimè cuſtodiat. Poſtremò Sancta Synodus coniuges hortatur, vt antequā contrahant, ſaltem tres dies ante matrimonij conſumationem ad Pœnitentiæ, atq; Euchariſtiæ Sacramenta accedant, ac prouinciæ ſuę ritus, ſi qui

alij

Digitized by Google

alij fuerint, ſeruent. Circa quæ.

Not. 1. ex eiuſdem Concilij ſtatuto de licentia ordinarij denunciationes poſſe omitti, quando probabilis fuerit ſuſpicio matrimonium, malitiosè a quopiam poſſe impediri.

Not. 2. Con. Tri. Cap. ſuperius citato hortari contrahentes, vt accedant ad benedictionem accipiendam ante conſumationem matrimonij hoc autem non præcipere, proinde conſumare matrimonium ante acceptam benedictionem non erit peccatum, modò abſit conſilij, hortationisque contemptus.

Not. 3. iure communi nullas ſecundas nuptias eſſe benedicendas benedictione ſacerdotali, quę intra miſſam fit. Ratio eſt ex Nauaro de benedictione nuptiarum, quia non decet iterare benedictiones ſolemnes rerum, ac perſonarum, quales ſunt conſecratio eccleſiæ, altaris, virginum, &c. ne vilipēdantur; At verò contrahentes primas nuptias, ante benedictionem ſuſceptam iterū contrahentes debent benedici, quia in illis ratio iterationis ceſſat.

Not.

Digitized by Google

ſibus continentur.

Inceſtus, votum ſimplex, ſponſalia, tempus,
Alterius ſponſæ raptus, nec nõ Catechiſmus,
Infantem proprium ad fonetm, vel Chryma doloſè
Portans, Presbyteri, aut vxoris cæde cruentus,
Pænituit, publicè, vel ſubiacet interdicto,
Coniugioq; ſciens ſacra cum virgine vinctus
Coniugio abſtineat, ni ſit iam fortè ligatus.

Impedientia, & dirimentia ſunt, & ipſa duodecim his contenta verſibus.

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen
Cultus diſparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honeſtas,
Si ſi affinis, ſi fortè corre ne quibis.

De quibus omnibus antequam dicere incipiam, pauca de matrimonio in ſuſpenſo, ac de Raptu dicenda occurrunt.

De matrimonio conditionali.

Licèt poſt Con. Tri. per quod clan-

deſtina

ris patrem, ſi furata fueris mille aureos, & hæc quoad forum conſcientiæ non reddit matrimonium nullum, ſi mutuus fuerit conſenſus, in foro verò exteriori reddit nullum. Quæ continet impoſſibilitatem dicitur, per quam petitur non poſſibile, vt duco te vxorem, ſi pater tuus conſenſerit, cum tamen pater ſit mortuus, idque ſciatur, & hęc habetur pro non appoſita, & cenſetur matrimonium in foro exteriori, ac ſi interfuerit conſenſus de pręſenti, eſt etiam matrimonium in foro interiori. Honeſta conditio eſt duplex, vna de præſenti, aut præterito, altera de futuro; de præſenti, aut præterito, vt contraho tecum, ſi es diues, ſi allocuta es patrem tuum, ſi non habuiſti morbum gallicum, & hoc matrimonium in vtroque foro valet, in quantum conditiones verificantur, aliter non; Conditio de futuro, vt contraho tecum, ſi pater tuus dederit pro dote decem millia ducatorum, & hoc erit matrimonium tunc tantùm, conditio cum impleta fuerit. Sed.

Not. ſi copula carnalis acceſſerit, ante-

antequam ſoluantur decem millia; verum erit matrimonium.

De Raptu.

Concilium Tridentinum ſeſ. 24. c. 6. de Raptu, ſeu raptore, & rapta ſequentia ſtatuit, quę ad verbum hic ponere viſum fuit. Inter raptorem, & raptam quandiu ipſa in raptoris poteſtate manſerit, nullum poteſt conſiſtere matrimonium. Quòd ſi rapta a raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in vxorem habeat; & nihilominus raptor ipſe, ac omnes illi conſilium, auxilium, aut fauorem præbentes ſint ipſo iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, & ſi clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, ſiue eam in vxorē duxerit, ſiue non, decenter arbitrio iudicis dotare.

De quinque impedimentis non dirimentibus.

Primum impedimentū impediens, ſed non dirimens eſt Interdictum; cum videlicet Epiſcopus, Iudex, aut Paro-

Parochus interdicit contrahere, quo-ad conſtet non ſubeſſe impedimentum; contra hoc interdictum matrimonium contractum valet, tamen ſic contrahentes peccant.

Secundum eſt tempus, ſeu ferię, quæ ſtatutæ ſunt in Conc. Tri. ſeſ. 24. cap. 10. de quibus dictum eſt ſuperius.

Tertium ſponſalia, qui enim promittit vni non poteſt ducere aliam, at ſi ducat, matrimonium tenet, ſed contrahens peccat mortaliter, niſi cauſa legitima interceſſerit.

Quartum Catechiſmus, ſeu cognatio ſpiritualis ex Catechiſmo orta cum aliquis fuit ſuſceptor in Catechiſmo tantùm, cum ſcilicet baptizandus inſtituitur ſolemniter a ſacerdote de articulis fidei catholicę Romanæ credendis, iſta enim cognatio impedit, ſed non dirimit. De cognatione, quæ contrahitur in baptiſmo, & confirmatione dicetur ſuo loco.

Quintum votum ſimplex religionis, ſiue caſtitatis, ſiue non nubendi impedit contrahendum, ſed ſi contraha-

trahatur, non dirimit contractum, ſed peccat mortaliter ſic contrahens, ac etiam conſumans, nam antequam conſumet, poteſt, immo tenetur ingredi religionem.

Not. autem eum, qui vouit caſtitatem, vel non nubere, non poſſe petere debitum ante diſpenſationem ab Epiſcopo obtinendam, ſed teneri reddere.

Not. 2. eum, qui vouit religionem, poſſe petere, & reddere debitum abſq; vlla diſpenſatione, & ratio eſt; quia vouit caſtitatem ſolùm in religione ſeruandam.

Not. 3. mortuo coniuge eum, qui vouit votum religionis, teneri votum implere, quòd ſi iterum contrahat, admittit eadem peccata.

De ſeptem criminibus impedientibus, non dirimentibus.

Horum primum eſt inceſtus, ſi enim copula ſecuta fuerit ex parte viri cũ conſanguinea coniugis intra quartum gradum, ex parte mulieris cum conſanguineo viri intra eundem, mortuo altero ſuperſtes non poteſt contra-

trahere cum vllo conſanguineorum inceſtuoſi, ſeu inceſtuoſę intra quartum gradum, neque poteſt petere debitum matrimoniale abſq; diſpenſatione Epiſcopi.

Secundum vxoricidium, cui additur mariticidium ſecundum, Nauar. Cap.22.n.74.de matrimonio ea ratione, quod in correlatiuis, in quibus eadem eſt ratio, idem eſt ſentiendum, neq;obſtat,quòd pœna non debet extendi vltra ſuum caſum, neq; quod de hoc nullus ſit Canon.

Tertium raptus alienæ ſponſæ,quã qui rapuerit, non poteſt cum illa matrimonium mortuo illius marito abſque diſpenſatione contrahere.

Quartum ſuſceptio doloſa proprij filij de ſacro fonte, vt per cognationẽ ſpiritualem negetur vxori debitum,& hic poſt mortuam vxorem nõ poteſt cum alia contrahere abſque diſpenſatione,quod idem eſt dicendum de cõtrahente hanc cognationem ſpiritualem per Sacramentum confirmationis.

Quintum Presbytericidium, quòd tamen

tamen Panormitanus limitat, quo uſque in iudicio conuincatur.

Sextum Pœnitentia ſolemnis iniuncta, & facta.

Septimum, & vltimum matrimonium cum moniali ſcienter contractum. Et hæc ſunt crimina, quę vt plurimum ſub pęna peccati mortalis impediunt matrimonium contrahendũ, ſed non dirimunt contractum.

De impedientibus contrahendum, & dirimentibus contractum, ac Primum De errore.

Primum error eſt in perſona, & ratio eſt quia cauſa efficiēs matrimonij eſt conſenſus & facultas contrahendi cũ certa, & determinata perſona, quem conſenſum qui non habet, errat in perſona. At verò in perſona error contingit dupliciter, vel in ſubſtantia, vel in qualitate. Primus impedit contrahendum & dirimit contractum, alter nō. V. G. Si quis intendat cōtrahere cum Iulia, & contrahat cum Lucretia, cognito errore poteſt illam dimittere, quod idem intelligendum de vxore cum viro; Si quis vero ducat corru-

ptam

ptam putans virginem, pauperem putans diuitem, hic error neq; impedit, neq; dirimit, quia in qualitate, & accidente eſt poſitus, Circa quod.

Not. errorem eſſe perſonæ credere quòd aliquis ſit filius talis regis, talis ducis, talis comitis, vel primogenitus talis patris, ſperando hæreditatem, & ſic determinatè cum illo contrahere, non autem ſi credatur indeterminate, aut talis regis, & talis filij cognitio non habeatur. Nauarus cap. 42. nu. 32. manuali, de impedimento erroris perſonæ.

De conditione.

Secundum impedimentum eſt cõditio, cum quis contrahit matrimonium cum ſerua putans eſſe liberam, vel libera cum ſeruo putans eſſe liberum, nihil valet, licèt contractum cũ libero, vel libera ſeruis putãs valeat. Circa hoc ex Toleto in ſua Summa c. 3. de matrimonio.

Not. 1. Seruis liberum eſſe contrahere inter ſe, & cum liberis, eorumq; matrimonium tenet Dominis non ſolum annuentibus, ſed etiam contradicen-

dicentibus,& ignorantibus, ſed ſi cõtrahatur ex Dominorum voluntate, tunc ipſi Domini non poſſunt negare locum, ac tempus ipſis ſeruis reddendi debitum, nec poſſunt vendere illos in locis, vbi impediatur vita coniugalis, ſine graui peccato; ſi verò contrahatur dominis ignorantibus, vel contradicentibus, tunc illos vendere, vbi neceſſitas compulerit, ſine mortali peccato poſſunt, dum autem præſentes ſunt, nunquam *illis* debent negare torum.

Not.2. ex Nauaro cap. 22. num. 33. de coniugijs ſeruorum. Si liber duxit ſeruam putans eſſe liberam, & hoc cognito Dominus manu mittit ſeruam, cum qua liber etiam affectu *maritali* habet copulam, adhuc non eſſe matrimonium, donec error auferatur, & ſit nouus conſenſus, aut copula cum maritali affectu accedat; quòd ſi liber ſciat impedimentum conditionis poſt contractum, & velit adhuc contrahere, non fit Matrimonium, niſi vtriuſq; conſenſus accedat, poteſtq; alter coniugũ nolle, & annullare matrimoniũ.

Not.

Not. 3. quando non fit deterior cõditio errantis, aut melioratur, matrimonium contractum valere. V.G. ſeruus ducit ſeruam putans eſſe liberam, conditio ipſius non fit deterior, ideo tenet matrimonium, e contra ſeruus ducit liberam putans eſſe ſeruam, illius conditio melioratur, ideo matrimonium tenet.

Not. postremò ſi paſſus deteriorem conditionem ducendo ſeruam pro libera, id reſciuit, ac poſtea iterum habet copulam affectu maritali, matrimonium eſſe verum.

De voto tertio impedimento.

Tertium eſt votum ſolemne caſtitatis non ſolùm expreſſa, ſed etiam tacita religionis profeſſione celebratum, per hoc ſcilicet, quòd quis actum profeſſi facit, ac ſe prout profeſſum gerit, vel votum emiſſum ſacri ordinis ſuſceptione, quòd quidem impedit, & dirimit; cauſa verò, ob quam ſolemne votum dirimat matrimonium cõtractum, non ſimplex, prętermittenda hic non videtur, quę ex D. Bonauentura art. Primo. q. 1. S. Tho. 22. q.

87.art.7.eſt hęc, quia per votum ſimplex homo ſolùm promittit Deo ſui corporis continentiam, at per ſolemne & promittit, & ſeipſum perpetuò obſequio Dei tanquam mancipium tradit, vnde permutando corpus cum vxorę nō valet permutatio. Circa hoc.

Not. quod votum hoc non ſolùm impedit, ac dirimit, ſed etiam qui poſt illud contrahit, non ſolum peccat mortaliter ſed eſt etiam excommunicatus, & hęc excommunicatio habetur Clemen.1.de Conſang. & Affin. cuius abſolutio reſeruata eſt Epiſcopo.

De cognatione.

Quartum impedimentum eſt cognatio, quæ triplex eſt; Legalis, Carnalis, & ſpiritualis, de quibus omnibus dicendum eſt pauca, ac primùm de carnali.

Cognatio carnalis ſeu naturalis, aliter conſanguinitas dicta eſt vinculum duarum, vel plurium perſonarum, eò quòd vna ab altera, vel plures ab vna deſcendant; vt Pater & filius ſunt conſanguinei, quia vnus ab altero deſcendit, duo item, vel plures patres, quia ab eodem

eodem ſtipite, ſeu patre deſcendunt; Conſanguinei a ſtipite deſcendunt vel immediatè vt filij, vel mediatè, vt nepotes, Pronepotes &c. In conſanguinitate conſiderandæ ſunt duę lineę, quibus perſonę, conſanguinitate, ſeu ſanguinis communione inter ſe colliguntur, & copulantur; vna dicitur recta, altera lateralis, Recta oritur ex eo, quòd vna perſona prouenit ab alia recto ordine, & hęc colligit perſonas aſcendentes, & deſcendentes, Aſcendentes, quę ſunt ſupra, vt Pater, Auus, Proauus, &c. Deſcendentes, quę ſunt infra, vt filius, nepos, pronepos, &c. Lateralis oritur ex eo, quòd duæ, pluresue perſonæ ab vna proueniant; veluti a Petro ſtipite Iulius frater, & Lucia ſoror, & quę ab illis generantur, & in hac linea poſſunt eſſe deſcendentes in vna parte ęquales, in alia inęquales, ſeu plures in vna, quam in alia parte, & tunc ratio conſanguinitatis ſemper ſumitur a remotiori, quotoq; gradu remotior perſona diſtabit a ſtipite, toto, & conſanguinei inter ſe diſtabunt.

Hinc in linea recta duorum conſanguineorum, quorum vnus ab altero, atque inuicem alter ab illo, & ſic in infinitum vnus ab altero procedat, hoc habeatis exemplum, ex quo nullo negotio colligere licebit gradus deſcendentium in linea recta, inter quos in infinitum contrahere matrimonium non licet, & contractum dirimitur.

Paulus

Digitized by Google

Paulus Stipes.

Linea Recta — Gradus quinque

Antonius in gradu	1
Iulius	2
Franciſcus	3
Lucia	4
Margarita	5

Exemplum multorum deſcendentium ab vno ſtipite per lineam lateralem hoc eſt.

Cornelius Stipes genuit.

Ab vno latere		Ab alio latere	
Pium G. 1	Late	Iulium	G. 1
P. Fabium 2	Lateralis	Iu. Tho.	2
Fab. Petr. 3	Lateralis	Th. Luc.	3
Pet. Saulum 4	ralis	L. Paulā.	4

Linea Recta — Linea Recta

Perſonæ omnes in prędicta tabella contentæ ſunt conſanguineæ, quia communicant in eodem, ſanguine per Cornelium communem ſtipitem, quarum primæ duæ Pius, & Iulius im-

mediatè, reliquę mediatè per ipſos Pium, & Iulium ab eodem Cornelio deſcendunt; tot verò gradibus inter ſe diſtabunt, quot diſtabit remotior perſona a ſtipite, gradus enim ſemper cõputantur a remotiore perſona. V. G. Saulus diſtabit a Lucia in quarto gradu, quia toto diſtat a ſtipite; Iulius verò a Fabio in ſecundo &c.

Cognatio ſpiritualis eſt attinentia duarum perſonarum, quę ex ſtatuto eccleſię oritur per Baptiſmi, & confirmationis adminiſtrationem, aut ſuſceptionem baptizati, vel confirmati, quæ ſecundum Con. Tri. ſeſ. 24. cap. 2. contrahitur inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique, patrem, ac matrem, nec non inter ſuſcipientes, qui iuxta ſacrorum Canonum ſtatuta ad ſummum vnus, aut vna tantùm eſſe poſſunt, & ipſius baptizati patrẽ, ac matrem. quæ contrahitur inter baptizantem, & baptizatum, ac ſuſcipientem vocatur paternitas, quia baptizans locum patris tenet, quę contrahitur inter baptizantem, ac patrem & matrem baptizati, & inter ſuſceptores

res cum ijſdem parentibus vocatur compaternitas, quòd ſcilicet ſimul cum parentibus naturalibus ipſi ſint parentes ſpirituales. Circa prędicta.

Not. 1. ſecundum iura antiqua, vt ait Nauarus in ſua ſumma cap. 22. nu. 36. olim fuiſſe confraternitatem, quæ contrahebatur inter filios legitimos, & naturales baptizantis, & baptizatum, & etiam inter filios legitimos, & naturales ſuſceptorum, & baptizatũ, ſimiliter inter filias, hæc tamen per Con. Tri. loco ſuperius citato ceſſat.

Not. 2. quòd miſſi procuratores ad ſuſcipiendum, ipſi non contrahunt, ſed mittentes, vt habet Panor. de Cognatione ſpirituali.

Not. 3. ex Nauaro de Cognati: Spirit. errare illos, qui cum puer in domo baptizatur propter neceſſitatem ſine ſolemnitate, & poſtea cum ea in eccleſia exorcizatur, & vngitur Chriſmate credunt ex hoc poſteriori actu oriri cognationem, & non ex priori, cum contra ſe res habeat, poſterior enim actus eſt Sacramentale, non ſacramentum, per quod nec character im-

primitur, nec gratia confertur ex opere operato, licèt ſit actus catechiſmi, & & exorciſmi, ex quo cognatio minor impediens sed non dirimens naſcitur.

Cognatio ex confirmatione contrahitur inter confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, ac tenentem, non egreditur, omnibus inter perſonas huius ſpiritualis cognationis, impedimentis omnino ſublatis. Ita habet Con. Tri. cap. 2. de refor. matri. Ex quibus patet inter conſanguineos ſpirituales non poſſe matrimonium contrahi, atque contractum dirimi in duobus tantùm gradibus, atque inter ſubſcriptas perſonas.

Conſanguinei in Baptiſmo.

Bapt. Pater Spiritualis.	Compater, & Commater Spir.
Bapt Filius Spiritualis.	Baptizatus Filius Spiritualis.
Pater, & mater carnales Bapt.	Pr & mat. carnales Bapt.

Conſangninei in confirmatione.

Confirmans	Compater
Confirmatus	Confirmatus
	Pater,

Pater, & mater confirmati.

Cognatio legalis eſt aſſumptio legitima extraneę perſonæ in filium, vel filiam, & hæc eſt triplex. Prima vocatur Paternitatis, & filiationis, qua in frascriptæ perſonę inter ſe copulantur, neque poſſunt intra quartum gradum contrahere, quia ſunt tanquam aſcendentes, & deſcendentes.

Adoptans
Adoptatus
Filij adoptati
Nepotes.
Pronepotes.

Secunda eſt quaſi tranſuerſalis, & eſt fraternitatis legalis, qua copulatur

Adoptatus
Filij, & filiæ adoptantis, & iſtę perſonæ non poſſunt inter ſe contrahere, quia ſunt fratres, & ſorores legales. Hoc tamen habet locum tantùm durante adoptione, qua finita, veluti ſi repudietur, aut ſi alio modo adoptãs, & adoptiuus ab inuicem ſeparentur, legales fratres poterunt contrahere matrimonium.

Digitized by Google

Tertia eſt affinitatis legalis, per quã non poſſunt contrahere inter ſe matrimonium.
Adoptans.
Vxor filij adoptati.
Adoptatus.
Vxor adoptantis. Circa prædicta.

Not. 1. quòd eſt diſcrimen inter has cognationes legales, quia prima & tertia ſunt impedimenta perpetua, niſi fiat diſpenſatio per Papam. Secunda nequaquam eſt impedimentum perpetuum, tollitur enim vt ſuperius dictum eſt.

Not. 2. inter tres prædictas cognationes intereſſe, quòd conſanguinei conſanguinitate carnali ſi contrahant intra quartum gradum, non ſolùm peccant, ſed etiam incurrunt excommunicationem; Conſanguinei autem ſpiritualiter, vel legaliter peccant tantùm, non autem ſunt excommunicati, ſicut nec conſanguinei ſola ſponſalia de futuro contrahentes iuxta Gloſ. in Clem. 1. receptam communiter.

De Crimine quinto impedimento.

Quintum impedimentum eſt crimen,

men, & eſt quadruplex. Primum eſt homicidium, cum aliquis vir maritũ alicuius mulieris per ſe, vel per alium occidit, hac intentione, & non aliter, vt ipſam ducat in vxorem, & e conuerſo, ſi aliqua mulier vxorem alicuius, vt ipſum habeat maritum, ſi enim ſequatur mors, non poſſunt inter ſe contrahere; & contractum dirimitur. Circa quòd.

Not. requiri, vt homicidium ſit ab vtroq; vel vno altero conſentiente, atque hoc impedimẽtum perpetuò impedit, licèt occidatur infidelis contrahendi gratia cum fideli.

Secũdum crimen eſt homicidium adulterio miſtum, cum adulter coniugem alicuius mulieris, cum qua adulterium committit, occidit ipſa adultera ignorante, poſtea matrimonium contrahit cum illa, quod eſt nullum, quia crimen hoc impedit, & dirimit, & e conuersò ſi mulier habeat rem cũ viro coniugato, atq; ipſo ignorante faciat occidere ipſius vxorem, vt illum ſibi maritum acquirat.

Tertium eſt adulterium commiſ-

Digitized by Google

ſum per contractum matrimonij, aut potius per pactionem de matrimonio contrahendo cum ſecunda, poſt contractum matrimonium per verba de præſenti cum prima, ad hoc tamen, vt legitimum ſit impedimentum requiritur, vt vterq; ſit conſcius, ſecus mortua priore coniuge, poterit ducere ſecundam.

Quartum eſt adulterium cum matrimonio per verba de præſenti, ſiue cum promiſſione contrahendi matrimonium poſt mortem mariti viuentis, in hoc enim caſu nullum eſt matrimonium. Circa quod.

Not. 1. adulterium eſſe verum, quãuis habeatur res cum muliere, quæ non cõſumauerit matrimonium per copulam cum marito, & quamuis matrimonium ſit ſolutum, quoad torũ, vel cohabitationem.

Not. 2. adulterium debere eſſe commiſſum ſcienter, quia ſi vterq; probabiliter ignorat; poſſũt matrimonium contrahere mortuo eo, qui impediebat; ſi alter tantum ignorat, in eius arbitrio eſt ſublato, impedimento denuo

Digitized by Google

nuo matrimonium contrahere, oportet autem vt notum ei fiat interueniſſe impedimentum, ac ſimiliter fiat ei iuſta libertas ad renuendum, vt ait Nauarus cap. 22. num 47. de impedimento criminis.

De diſparitate cultus ſexto impedimento.

Sextum eſt infidelitas, ex communi Theologorum ſententia iure tantùm eccleſiaſtico inductum, nam eccleſia a temporibus Apoſtolorum hanc conſuetudinem ſeruat; & ratio eſt, quia conſenſus, & verba infidelis cum non ſit baptizatus, non poſſunt eſſe materia, & forma, quibus deficientibus non poteſt fieri Sacramentum; neq; verò obſtat matrimonium inter infideles eſſe, quia illud non eſt Sacramentum, ſed tantùm contractus. Circa quòd.

Not. 1. quòd matrimonium infidelium non diuiditur, eò quòd alter eorum ad fidem conuertatur, licèt conuerſus licitè poſſit ſeparari quoad cohabitationem a non conuerſo nolente conuerti, quamuis melius foret ei conuiuere, quoſque ſpes aliqua eſſet con-

conuerſionis, vnde viuente infideli, alter non poteſt matrimonium contrahere cum alia perſona.

Not. 2. inter infideles conuerſos matrimonium contractum, nequaquam tolli, quòd contraxerint in caſibus lege Canonica prohibitis, modò ſecundum eorum leges matrimonia fuerint valida, ac non habeant aliquid contra ius naturę, vnde ſi contraxerint pater cum filia, filius cum matre, ſoror cum fratre contra ius naturę, ſunt ſeparandi; ſimiliter qui duxerunt plures vxores, dimiſſis reliquis primam tantùm retinebunt.

Not. 3. matrimonium contractum cum Hęretico, vel Hæretica, excommunicato, excommunicata, Apoſtata, verum eſſe matrimonium peccatum tamen eſſe cum ijs contrahere, proinde ſi quis poſt contractum matrimonium incidat in hæreſim, vel infidelitatem, non diſſoluitur per hoc crimen matrimonium.

De violentia ſeptimo impedimento.

Septimum impedimentum eſt violentiæ, & metus, & non intelligitur

quęuis

Digitized by Google

quæuis violentia, aut quiuis metus, ſed iuſtus, qui cadit in virum conſtantem, quo minus malum maioris euitandi cauſa eligitur, quod ſtatuendum eſt iudicio viri prudentis, ac pręcipuè locum habet, cum mors, occiſio, amiſſio omnium bonorum perſecutio grauis timetur; ratio iſtius impedimenti eſt, quia in matrimonio requiritur conſenſus liber, & voluntarius, coactus autem voluntario repugnat. Hoc loco.

Not. quòd ſacrum Con. Tri. ſeſ. 24. cap. 9. excommunicat eum, qui directè, vel indirectè cogit virum, aut mulierem matrimonium contrahere per vim, contra liberam contrahentium voluntatem.

De ordine.

Octauum impedimentum eſt ordo, & ratio eſt, quia mancipatus diuino cultui per ordines ſacros habet annexũ votum ſolemne caſtitatis, quod impedit, & dirimit, mancipatumque diuino cultui dedecet mulierem habere ſui corporis Dominam, & implicare

care

Digitized by Google

care ſe occupationibus familiæ ſęcularibus.

De ligamine.

Nonum impedimentum dirimens matrimonium eſt ligamen, ſeu matrimonium pręcedens, quod dirimit ſequens, quia nullus, & nulla poteſt cõtrahere cum alia, aut alio, prima, aut primo viuente, etiam copula nondũ ſecuta, & matrimonio clandeſtinè contracto, ita tamen quod matrimonium valuiſſet, nulla verò regionis diſtantia, aut temporis longinquitas prodeſt, vt aliquis, vel aliqua poſſit contrahere ſecundas nuptias, aut matrimonium ſecundò, niſi per litteras, ac nuncios certos fiant certiores de obitu primi coniugis. Circa hoc.

Not. quòd ille, ac illa verè non contrahunt, qui credunt ſecuudum matrimonium non eſſe validum, ac re vera credunt priorem coniugem iam mortuum, vel mortuam adhuc viuere, & ratio eſt, quia legitimum non habent conſenſum.

De honeſtate decimo impedimento.

Decimum impedimentum eſt publicę

blicæ honeſtatis, & definitur eſſe impedimentum, ab eccleſia inductum dirimens matrimonium contractum, inter ſponſum, & cognatos ſponſę, aut ipſius ſponſi intra gradum prohibitum, hoc verò impedimentum oritur ex ſponſalibus, vel ex matrimonio rato, & nondum conſumato, Iuſtitia enim ac publica honeſtas quęrit, vt qui ſponſalia celebrauerit cum vna, cum qua poſtea matrimonium contrahere non potuit, vel contractum non potuit conſumare ob mortem, vel aliam legitimam cauſam, non poſſit cum illius conſanguineis contrahere. De hac honeſtate Con. Maguntinum ca. 56. & vltimo loquitur, cum ait. Si quis duabus ſororibus nupſerit, aut ſi qua duobus fratribus, ſeu cum patre, & filio, tales copulationes anathematizari, & diſiungi præcipimus, & hoc impedimentum olim impediebat vſque ad quartum gradum, nunc ex Con. Tri. ſeſ. 24. ca. 3. in primo tantùm gradu impedit. Circa ſuperius dicta.

Not. quòd qui primùm contrahit ſponſalia cum aliqua, & deinde matri-

monium

monium cum eius cognata, priorem debet accipere, quia matrimonium cum ſecunda propter hoc impedimētum nullum fuit, & ſi cum ſecunda rem habuit, neutram habere poteſt, non ſecundam propter hoc impedimentum, non primam propter affinitatem contractam.

De affinitate vndecimo impedimento.

Affinitas eſt propinquitas duarum perſonarum ex carnali copula prouenienſ omni carens parentela, & dupliciter contrahitur, vel per copulam licitam, vel per copulam illicitam, naturalem tamen, ideſt per ſeminationē intra vas naturale, non aliter. Si fit per copulam licitam inter maritum ſcilicet, & vxorem, impedit vſq; ad quartum gradum, ſi per copulam illicitam, vſq; ad ſecundum.

Gradus affinitatis cognoſcūtur per gradus conſanguinitatis, quia conſanguinei vnius fiunt affines alterius in eodem gradu, quo ſunt conſanguinei declaratur exemplo.

Petrus ducit vxorem Iuliam, Paulus frater Petri fiet affinis Iuliæ in primo gradu,

gradu,quia ipſe Paulus eſt conſangui-neus Petri in primo gradu, ſimiliter ſoror Iuliæ erit affinis Petri in primo gradu,quia Iulia,& ſua ſoror ſunt conſanguineæ in primo gradu, & ſic proceditur ad alios gradus. Hic.

Not. 1. inter conſanguineos vnius, & conſanguineos alterius nullam cõtrahi affinitatem, proinde frater Iuliæ poterit vxorem ducere ſororem Petri, & e contra frater Petri ſororem Iuliæ.

Not. 2. ex Doctorum ſententia affinitatem non contrahi niſi fiat ſanguinum commiſtio, licèt mulier ſemen emittat,aut e contra.

